

cisti dies tuos, et adduxisti tempus annorum tuorum. Ego DOMINUS LOCUTUS SUM, id est, decrevi has penas tibi inferre; et sicut locutus sum ita faciam, ut Isai. 44, 24: *Juravit Dominus exercituum dicens, si non ut pulvis, ita eris; et quo modo mente tractavi, sic eveniet.* Et Isai. 46, 11: *Locutus sum, et adducam illud; cravi et faciam illud, et cap. 48, 15: Ego, ego locutus sum, et vocavi eum; adduxi eum, et directa est via ejus.*

VERS. 15. — DEFICERE FACIAM; finem imponam immunditiae tuae, id est, purgabo, expiaboque supplicis scelera tua.

VERS. 16. — ET POSSIDEBO TE IN CONSPECTU GENTIUM. Eodem modo Sept. verterunt *averabo te in conspectu gentium*, quasi legerint *nacaleth*, in primâ personâ. Et quidem Chald. parapl. per primam etiam personam, et quamvis alio verbo, tamen eodem sensu vertit. *Sanctificabor in te*, id est, cum abstereso ab te omnem immunditiam tuam, efficiam ut omnes gentes intelligant, te esse possessionem, et hereditatem meam, sicut ante eras, quemadmodum Hieronymus exponit. Aquila, et Theodotio, ut idem Hieronymus tradit, verterunt: *Contaminabo te*, id est, ostendam te contaminatam esse, quasi legitur à verbo *hil*, aut *kala*, quemadmodum nonnulli etiam Hebraei legunt, ut auctor est R. David. Symmachus ab eodem verbo aliâ significatione sumpto. Vulnerabo te in conspectu gentium, Hebraei legunt in secundâ personâ generis feminini, *nacalethe bac pro nacaletha, hereditaberis in te*, id est, eris tibi ipsi hereditas, non eris jam hereditas mea sicut ante. Magis mihi interpretati Hieronymi placet, quia, ut ille adnotavit, diserat versus precedenti: *Deficere faciam immunditiam tuam à te*; cum quâ sententiâ melius convenit ut dicat: *Possidabo te*, quam eris tibi hereditas. Deinde quod sequitur: *In conspectu gentium*, melius cum hac interpretatione hæret.

VERS. 20. — CONGREGATIONE ARGENTI ET ERIS ET STANNI, id est, cum ante purum argentum essetis, versique sitis in scorium, factique argentum impurum mixtum æri, stannio, plumbo, ferro, faciam, quod fabri argentarii facere solent, conjeciam vos in fornacem, ut purgemini, sicut impurum argentum conijci solet, hoc est quod dicit: *Congregabo vos congregatione argenti et æris.* Simile quiddam apud Jeremiam, cap. 6, vers. 28: *Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulentè, æs et ferrum: universi corrupti sunt.* Et *REQUESCAM*, id est, desinam vos punire, cum omnino conflavero atque expiavero vos. Hebr., et *quiescere faciam* (vos), id est, ponam vos in fornace, aut, derelinquam vos in fornace, id est, in gladio, fame, et peste, ut R. David interpretatur.

VERS. 24. — DIC E. JERUSALEM, DE QUÀ DIXIT VERS. 19: *Congregabo vos in medio Jerusalem.* TU ES TERRA IMMENDA; non munda, id est, nondum supplicis purgata, quæ, cum multis peccatis cooperta sis, nondum poenitentiam egisti, ut ait R. David. Idem est terra non munda, et quod dixit v. 20, argentum æri, stannio, ferro, plumbo mixtum, id est, nondum confiatum atque purgatum. ET NON COMPLETA IN DIE PERORIS. In quam Dominus, cum iratus est, pluviam non mittit,

aut per futurum. In quam Dominus, cum iratus fuerit, pluviam non mittet, sicut in lege comminatur Deut. 11, 16, 17: *Caveat ne fortè decipiatur cor vestrum, et recedatis à Domino, servatisque diis alienis, et adoretis eos: iratusque Dominus, claudat celum, et pluvia non descendat; et apud Isai. cap. 5, 6: Et nubibus mandabo, ne pluviam super eam imbrum; et Jerem. 3, 35: Quam ob rem prohibite sunt stillæ pluviarum, et serotinus imber non fuit; et cap. 14, 4: Propter terræ vastitatem, quia non venit pluvia in terram, confusi sunt agricole, operaverunt capita sua.*

VERS. 25. — CONJURATIO PROPHETARUM. Incipit omnium ordinum flagitia numerare, ac primo loco prophetarum, quorum tanta erant scelera, ut ad perpetranda in urbe homicidia conspirasse viderentur. Dum enim pacem, resque prosperas populo pollicebantur, in causâ erant, ut veri prophetae, qui bellum, captivitatem, mortem, urbis, templique incendiura prædicebant, occiderentur. ORES ET PRETIUM ACCEPERUNT, ut ad populi voluntatem vaticinarentur. VIDUAS EJUS, id est, fuerunt causa ut multi viri occiderentur, eorumque uxores viduæ manerent; periphrasis magnæ: cædis in sacris literis usitata, qualem supra adnotavimus, cap. 19, vers. 7.

VERS. 26. — CONTEMSEUNT LEGEM MEAM. Rapuerunt legem meam, furto legem meam surripuerunt, quod Hebraei sic interpretantur, cum deberent populum legem docere non fecerunt, itaque legem illi quodammodo forati sunt. SANCTUARIA MEA. Cui notatur numero plurali, vide supra, vers. 8, et præcedenti vers. 2: *INTER SANCTUM ET PROFANUM. Inter res Deo oblatas, et cæcietas: INTER POLLECTUM ET MUNDEM.* Inter cibos mundos et immundos, legeque prohibitos non dijudicârunt. ET A SABBATIS MEIS, id est, neglexerunt sabbati observationem; vel, ut R. David interpretatur, cum viderent populum sabbatum violare, et onera die sabbati portare, ut dicitur Jeremie cap. 17, vers. 27, conixerunt.

VERS. 28. — LINEABANT EOS ABSQUE TEMPERAMENTO; sine salo, id est, sine paleis, quia quod in carribus est sal, hoc in luto sunt paleæ; ut enim sal caribus, ita paleæ lutum constringunt. Scelus ergo est: *Prophetæ vanas populi opinioniones vanis vaticiniis confirmabant, sicut dixit supra, capite 15, versu 10: Eo quod deceperint populum meum, dicentes: pax, et non est pax: et ipse edificabat parietem, illi autem lineabant eum luto absque paleis.*

VERS. 29. — POPULI TERRÆ. Hebr., *populus terræ*, id est, vulgus; opponit enim homines plebeios prophetis, sacerdotibus, principibus. CALEMNABANTUR CALEMNIAM, id est, vehementer fraudibus, et calumniis dediti erant; Hebr., *opprimebant oppressione.* Sept.: *Populum terræ opprimebant injustitiâ* (Prophetae). ET RAPIEBANT VOLUNT. Hebr., *rapiebant rapinam*, id est, rapinis dediti erant. ABSQUE JUDICIO, injustè, contra jus.

VERS. 30. — QUI INTERPONERET SEPTEM, qui sese tanquam septem opponeret inter me et populum, non eum perderem; sicut se olim Aaron opposuit, num-

16, 48, et Moses, Exod. 52, et Jeremias, dixit enim illi Deus, cap. 7, 15: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem et orationem, et non obistas mihi.* Similis exprobatio est supra cap. 15, 5: *Non ascendistis eis adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel.* ET STARET OPPOSITUS; Hebr., et *staret in ruptura.* Metaphora sumpta à strenuis militibus, qui cum urbs, quam defendunt, oppugnatur, in murorum CAPUT XXIII.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
2. Fili hominis, duæ mulieres filiae matris unius fuerunt,
3. Et fornicatae sunt in Ægypto, in adolescentiâ suâ fornicatae sunt: ibi subacta sunt ubera earum; et fractæ sunt mammae pubertatis earum.
4. Nomina autem earum, Oolla major, et Oolla soror ejus minor: et habui eas, et pepererunt filios et filias. Porro earum nomina, Samaria Oolla, et Jerusalem Oolla.
5. Fornicata est igitur super me Oolla, et insanivit in amatores suos, in Assyrios propinquantibus,
6. Vestitus hyacintho, principibus, et magistratibus, juvenes cupidinis, universos equites, ascensores equorum.
7. Et dedit fornicationes suas super eos electos, filios Assyriorum universos: et in omnibus in quos insanivit, in immunditiis eorum polluta est.
8. Insuper et fornicationes suas, quas habuerat in Ægypto, non reliquit: nam et illi dormierunt cum eâ in adolescentiâ ejus, et illi coniferunt ubera pubertatis ejus, et effuderunt fornicationem suam super eam.
9. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum insanivit libidine.
10. Ipsi discooperuerunt ignominiam ejus, filios et filias ejus tulerunt, et ipsam occiderunt gladio: et factæ sunt famosæ mulieres, et judicia perpetraverunt in eâ.
11. Quod cum vidisset soror ejus Oolla, plus quam illa insanivit libidine: et fornicationem suam super fornicationem sororis suæ,
12. Ad filios Assyriorum præhæuit impudenter, ducibus et magistratibus ad se venientibus, indutus veste variâ, equitibus qui vectabantur equis, et adolescentibus formâ euneticis egregiâ.
13. Et vidi quod polluta esset via una imbarum.
14. Et auxit fornicationes suas: cumque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldeorum expressas coloribus,
15. Et accinctos balleis renes, et tiasas tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis, terraque Chaldeorum, in quâ orti sunt,
16. Insanivit super eos concupiscentiâ oculorum suorum, et misit nuntios ad eos in Chaldaeam.
17. Cumque venissent ad eam filii Babylonis ad enabile mammarum, polluerunt eam stupris suis, et polluta est ab eis, et saturata est anima ejus ab illis.

rupturis sese hostiis, ne ingrediantur, opponunt. Hujusmodi Deus dicit se neminem invadisse.

VERS. 31. — ET EFFUDI; Hebr., *effundam.* Similiter cætera præciterat ponitur pro futuris. De re enim futura comminatur. *Viam eorum in capiti eorum, eorum peccata in ipsorum supplicia convertam, ut dignas de illis penas sumam,* ut supra cap. 9, 10.

CHAPITRE XXIII.

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit:
2. Fils de l'homme, deux femmes furent les filles d'une même mère;
3. Et elles se sont prostituées en Egypte, elles se sont prostituées dans leur jeunesse; la leur sein a été déshonoré, et leur virginité a été félicité.
4. L'aînée s'appellait Oolla, et la puînée Oolla; et elles ont été à moi; et elles m'ont enfanté des filles et des filles. Celle qui s'appelle Oolla est Samarie; et celle qui s'appelle Oolla est Jérusalem.
5. Oolla est donc infidèle; et elle a aimé ses amants avec fureur, les Assyriens ses voisins;
6. Vêtus d'hyacinthe, qui étaient princes, magistrats, jeunes gens d'une mine avantageuse, tous hommes de cheval, montés sur de superbes coursiers.
7. Elle s'est abandonnée dans ses désordres à ces hommes choisis, qui étaient tous enfants des Assyriens; et elle s'est souillée par ses infamies avec tous ceux dont elle était follement amoureuse.
8. Elle n'a pas même quitté alors ses débordements; car lesquels elle s'était prostituée aux Égyptiens; car ils l'avaient aussi corrompue dans sa jeunesse; ils avaient déshonoré son sein, lorsqu'elle était vierge; et ils avaient répandu sur elle leurs ardeurs.
9. C'est pourquoi je l'ai livrée entre les mains de ceux qu'elle avait aimés, entre les mains des Assyriens, dont elle avait été passionnée jusqu'à la fureur.
10. Ce sont eux qui ont mis à nu son ignominie, qui ont enlevé ses fils et ses filles, qui l'ont tuée elle-même avec l'épée, qui par les jugements qu'ils ont exercés sur elle, l'ont rendue l'exemple des femmes fautiveuses.
11. Sa sœur Oolla, après l'avoir vue punie de la sorte, a porté encore plus loin qu'elle la fureur de sa passion.
12. Elle s'est livrée sans pudeur aux enfants des Assyriens, par une fornication qui a surpassé encore celle de sa sœur; elle s'est prostituée à des officiers de guerre; à des magistrats qui venaient vers elle avec des habits de différentes couleurs, à des cavaliers qui étaient montés sur leurs chevaux, et à de jeunes hommes qui avaient tous une mine avantageuse.
13. Ainsi j'ai vu ces deux sœurs marcher dans la même voie, dans les mêmes déverglements.
14. Mais Oolla a augmenté encore les excès de sa fornication; car ayant vu des hommes peints sur la muraille, des images des Chaldéens traces avec des couleurs,
15. Qui avaient leurs baudriers sur les reins, et sur la tête des tiaras de différentes couleurs, qui paraissaient tous des officiers de guerre, et avaient l'air des enfants de Babylone et du pays des Chaldéens, où ils ont pris naissance;
16. Elle s'est laissée emporter à la concupiscentie de ses yeux; elle a conçu pour eux une folle passion; et elle leur a envoyée ses ambassadeurs en Chaldée.
17. Et les enfants de Babylone étant venus vers elle, et s'étant approchés de la cote de son impudicité, ils l'ont souillée par leurs infamies; et elle a été corrompue par eux; et son âme s'est rassasiée d'eux.

18. Denudavit quoque fornicationes suas, et disco-
peruit ignominiam suam : et recessit anima mea ab
ea, sicut recesserat anima mea à sorore ejus.

19. Multiplicavi enim fornicationes suas, recordans
dies adolescentie suæ, quibus fornicata est in terrâ
Ægypti.

20. Et insanivit libidine super concubitum eorum
quorum carnes sunt ut carnes asinorum : et sicut fluxus
equorum fluxus eorum.

21. Et visitasti scelus adolescentie tue, quando
subacta sunt in Ægypto ubera tua, et contracta sunt
mamme pubertatis tue.

22. Propterea, Ooliba, hæc dicit Dominus Deus :
Ecce ego satiabo omnes amatores tuos contra te,
de quibus satiata est anima tua : et congregabo eos
adversum te in circuitu,

23. Filios Babyloniæ, et universos Chaldeos, nobi-
les, tyrannosque et principes, omnes filios Assyrio-
rum, juvenes forma egregia, duces et magistratus
universos, principes principum, et nominatos ascen-
sorum eorum.

24. Et venient super te instructi curra et rota,
multitudo populorum : loricha, et clypeo, et galæa ar-
mabuntur contra te undique : et dabo eorum eis judi-
cium, et judicabunt te iudicis suis.

25. Et ponam zelum meum in te, quem exercet
tecum in furore : nasum tuum et aures tuas præci-
dent : et que remanserint, gladio concident : ipsi
filios tuos et filias tuas capient : et novissimum tuum
devorabitur igni.

26. Et denudabunt te vestimentis tuis, et tollent
vasa glorie tue.

27. Et requiescere faciam scelus tuum de te, et
fornicationem tuam de terrâ Ægypti : nec levabis
oculos tuos ad eos, et Ægypti non recordaberis ampli-
us.

28. Quia hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego tra-
dam te in manus eorum quos odisti : in manus, de
quibus satiata est anima tua.

29. Et agent tecum in odio, et tollent omnes la-
bores tuos, et dimittent te nudam, et ignominia ple-
nam : et revelabitur ignominia fornicationum tuarum,
scelus tuum, et fornicationes tue.

30. Fecerunt hæc tibi, quia fornicata est post gen-
tes, inter quas polluta es in idolis earum.

31. In viâ sororis tue ambulasti, et dabo calicem
ejus in manu tuâ.

32. Hæc dicit Dominus Deus : Calicem sororis tue
bibes profundum et latum : eris in derisum, et in sub-
sannationem, quæ est capacissima.

33. Ebrietate et dolore repleberis : calice mæroris,
et tristitiæ, calice sororis tue Samarie.

34. Et libes illum, et epotabis usque ad feces, et
fragmenta ejus devorabis, et ubera tua lacerabis :
quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.

35. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Quia oblita
es mei, et projectisti me post corpus tuum, tu quoque
porta scelus tuum et fornicationes tuas.

36. Et ait Dominus ad me, dicens : Fili hominis,

18. Elle a exposé à nu ses fornications, et elle a
découvert son ignominie; et je me suis retiré d'avec
elle, comme je m'étais retiré d'avec sa sœur.

19. Car elle a multiplié les crimes de sa fornication,
en se souvenant des jours de sa jeunesse, pendant
lesquels elle s'était prostituée dans l'Égypte.

20. Et elle s'enflamma d'une passion furieuse pour
ceux dont la chair est comme la chair des ânes, et
dont l'ardeur est comme celle des chevaux.

21. Et vous avez renouvelé les crimes de votre
jeunesse, lorsque votre sein a été deshonoré dans
l'Égypte, et que votre virginité y a été flétrie.

22. C'est pourquoi, ô Ooliba, voici ce que dit le
Seigneur Dieu : Je vais susciter contre vous tous ceux
que vous aimez, dont votre âme s'est rassasiée; et
je les assemblerai contre vous de toutes parts,

23. Les enfants de Babylone, les plus fameux d'en-
tre les Chaldéens, les souverains et les princes, tous
les enfants d'Assyrie, les jeunes hommes les mieux
faits, les chefs et les principaux officiers de guerre,
les princes des princes, et les plus considérables
d'entre tous ceux qui montent à cheval;

24. Et ils viendront à vous avec une multitude de
roues et de chariots, avec une foule de peuple; et ils
vous attaqueront de toutes parts, étant armés de cui-
rasses, de boucliers et de casques : je leur donnerai le
pouvoir de vous juger, et ils vous jugeront selon leurs
lois.

25. Je les rendrai les exécuteurs de ma colère
contre vous; et ils l'exerceront dans leur fureur. Ils
vous couperont le nez et les oreilles; et ce qui restera
de vous tombera par l'épée. Ils prendront vos fils et
vos filles; et le feu dévorera tout ce qui sera resté
de vous.

26. Ils vous dépouilleront de vos vêtements; ils
enleveront vos meubles précieux.

27. Je ferai cesser vos crimes en vous, et la for-
nication que vous avez apprise en Égypte : vous ne
leverez plus vos yeux vers eux; et vous ne vous sou-
viendrez plus de l'Égypte;

28. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je vais
vous livrer entre les mains de ceux que vous haïssez,
entre les mains de ceux dont votre âme s'est ras-
sasiée.

29. Ils vous traiteront avec haine; ils enleveront
le fruit de tous vos travaux; ils vous laisseront toute
nue et pleine d'ignominie; et la honte de votre for-
nication, vos crimes et vos infamies, seront décou-
verts.

30. Ils vous traiteront de cette sorte, parce que
vous vous êtes prostituée aux nations parmi lesquelles
vous vous êtes souillée par le culte de leurs idoles.

31. Vous avez marché dans la voie de votre sœur;
et je vous mettrai en main la coupe dont elle a bu.

32. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Vous boirez
de la coupe de votre sœur, de cette coupe large et
profonde; vous deviendrez un objet d'insultes et de
railleries.

33. Vous serez entrée par cette coupe; vous serez
saturé de douleur par cette coupe d'affliction et de
tristesse, par cette coupe de votre sœur Samarie.

34. Vous la boirez et vous la viderez jusqu'à la lie;
vous en mangerez même les tessons; et vous vous
déchirez le sein, parce que c'est moi qui ai parlé,
dit le Seigneur Dieu.

35. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur
Dieu : Parce que vous m'avez oublié, et que vous
m'avez rejeté derrière vous; portez aussi votre
crime énorme et le poids de votre fornication.

36. Le Seigneur me dit aussi : Fils de l'homme, ne
jugerez-vous point Oolla et Ooliba, et ne leur déclai-
rez-vous point leurs méchancetés?

numquid judicas Oollam et Oolibam, et annuntias eis
scelera earum?

37. Quia adulteræ sunt, et sanguis in manibus earum,
et cum idolis suis fornicatæ sunt : insuper et
filios suos quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad de-
vorandum.

38. Sed et hoc fecerunt mihi : polluerunt sanctua-
rium meum in die illa, et sabbata mea profanaverunt.

39. Cumque immolarent filios suos idolis suis, et
ingererentur sanctuarium meum in die illa ut pollue-
rent illud, etiam hæc fecerunt in medio domus meæ.

40. Miserunt ad viros venientes de longè; ad quos
nuntium miserant : itaque ecce venerunt : quibus te
lavisti, et circumlinisti stibio oculos tuos, et ornata
es mundo muliebri.

41. Sediti in lecto pulcherrimo, et mensa ornata
est ante te : thymiana meum, et unguentum meum
positisti super eam,

42. Et vox multitudinis exultantis erat in eâ : et
in viris, qui de multitudine hominum adducebantur,
et veniebant de deserto, posuerunt armillas in mani-
bus eorum, et coronas speciosas in capitibus eorum.

43. Et dixi ei, que atrita est in adulteris : Nunc
fornicabitur in fornicatione quâ etiam hæc.

44. Et ingressi sunt ad eam quasi ad mulierem me-
retricem : sic ingrediebantur ad Oollam et Oolibam,
mulieres nefarias.

45. Viri ergo juxta sunt : hi judicabunt eas judicio
adulterarum, et judicio effundentium sanguinem :
quia adulteræ sunt, et sanguis in manibus earum.

46. Hæc enim dicit Dominus Deus : Adduc ad eas
multitudinem, et trade eas in tumultum, et in rapi-
nam.

47. Et lapidentur lapidibus populorum, et confon-
diantur gladiis eorum : filios et filias earum interfici-
ent, et domos earum igne succendent.

48. Et auferam scelus de terrâ, et discent omnes
mulieres ne faciant secundum scelus earum.

49. Et dabunt scelus vestrum super vos, et peccata
idelorum vestrorum portabitis : et scietis quia ego
Dominus Deus.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — DUE MULIERES. Duo populi, Juda et
Israel, id est, due et decem tribus. FILLE MATRIS UNUS.
ex uno populo; nam cum prius unus Hebræorum
populus esset, postea decem tribus à duabus separatæ
sunt, et ex uno populo duo facti, quasi ex unâ matre
due nate sunt filia, 5 Regum 12, 16.

VERS. 5. — ET FORNICATÆ SUNT. Idola primum co-
luerunt. STRICTA SUNT UBERA, virginittatem perdidit;
periphraſis et metaphora est. Habent enim
puellæ dum virginæ sunt, ubera solida et turgentia,
que simul atque virginittatem amittunt, comprimuntur,
et quodammodo franguntur. Eadem phraſis infra
versus 8 et 21. Hebr., fecerunt ubera pubertatis (Ægyptii),
ut R. Salom. et R. David interpretantur, id est, im-
prægnaverunt eas; solent enim mulieribus prægnan-
tibus ubera fieri, id est, intumescere. Loquitur au-

37. Car ce sont des femmes adultères, qui ont les
mains pleines de sang, et qui se sont prostituées à
leurs idoles : elles ont pris même les enfants qu'elles
avaient engendrés pour moi, et elles les ont offerts à
leurs idoles, pour être consumés en leur honneur.

38. Mais elles m'ont fait encore cet outrage : elles
ont violé en ce jour-là mon sanctuaire; elles ont profané
mes jours de sabbat.

39. Et lorsqu'elles sacrifiaient leurs enfants à leurs
idoles, et qu'elles entraient dans mon sanctuaire en
ce jour-là pour le profaner, elles m'ont fait même cette
injure au milieu de ma maison.

40. Elles ont fait chercher des hommes qui ve-
naient de loin, auxquels elles avaient envoyé des
ambassadeurs; et lorsqu'ils sont venus, afin de les
mieux recevoir; vous avez eu soin de vous laver, vous
avez mis du fard sur votre visage, et vous vous êtes
parée de vos ornements les plus précieux;

41. Vous vous êtes placée sur un lit magnifique,
et on a mis devant vous une table ornée, on a fait
brûler dessus mon encens et mes parfums;

42. Et on y entendait la voix d'une multitude de
gens qui étaient dans la joie; et choisissant quelques-
uns de cette foule d'hommes qu'on faisait venir du
désert, elles leur mettaient leurs bracelets aux mains,
et des couronnes éclatantes sur la tête.

43. Je dis alors de cette femme qui a vieilli dans
l'adultère : Cette prostituée continuera encore main-
tenant de s'abandonner à ses désordres.

44. Ils sont entrés chez elle comme on entre chez
une femme véale; c'est ainsi qu'ils sont entrés chez
Oolla et Ooliba, ces femmes perdues et criminelles.

45. Ces hommes donc seront les instruments de
ma justice; et ce sont eux qui les jugeront, comme
on juge les adultères, comme on juge celles qui ré-
pandent le sang; parce que ce sont des adultères et
que leurs mains sont pleines de sang.

46. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu : Faites
venir contre elles une multitude d'hommes; et livrez-
les au tumulte et au pillage.

47. Que les peuples prennent des pierres et les la-
pident; qu'ils les percent de leurs épées; qu'ils tuent
leurs fils et leurs filles; qu'ils mettent le feu dans leurs
maisons, et qu'ils les brûlent.

48. C'est ainsi que j'abolirai les crimes de dessus
la terre, et que toutes les femmes apprendront à ne
pas imiter les abominations de celles-ci.

49. Car vos ennemis feront retomber sur vous
votre crime; vous porterez le péché de vos idoles; et
vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur Dieu.

tem de illis tanquam de duabus per anticipationem,
cum tunc, cum in Ægypto erant, cümque subacta
sunt ubera eorum, non essent nisi una.

VERS. 4. — OOLLA. Hebr. *Aholah*, quod significat
habituaculum suum. Sic decem tribus vocatæ sunt,
quod Deus in illis inhabitaret, neque templum quasi
tabernaculum suum haberet, sed ipsæ sibi habitacu-
lum fecissent. Adorabant enim Deum contra ejus præ-
ceptum, in monte Garizin, qui urbi Samarie immi-
nebat, Joan. 4, 20. Due autem tribus vocantur Ooliba,
Hebr. *Aholibah*, id est, tabernaculum meum in eâ,
quia in Jerusalem, que duarum tribuum caput erat,
templum Deus edificari sibi jussisset. Dicuntur decem
tribus soror major, quia cum majore populi multitu-
dine abiret, statura quodammodo major erat, et
solei soror que statura major est, natu quoque major

esse, supra c. 16, 46. ET HABUI EAS, in matrimonio, ad alterum adulterium committerent, et antequam dividerentur, tempore Abraham, Isaac et Jacob, ET PEPPERUNT FILIOS ET FILIAS, valde multiplicati sunt. SAMARIA OBLIA, ET JERUSALEM OBLIA. Per Samaritanos decem tribus, per Jerusalem duas intelligit, per partem totum; quia illa decem, hæc duarum tribuum caput erat.

VERS. 5. — FORNICATA EST SUPER ME, Hebr. sub me, loco mei, id est, pro me, qui maritus ejus eram, adulterum supposuit. Rabbi David interpretatur, sub me, id est, meo nomine; sicut solent adulteræ omnia sua adulteria honesto matrimonii nomine velare, liberisque ex adulterio susceptis marito tribuere. Sic enim Jerolamo, cum duos vitulos fecisset, alterum in Bethel, alterum in Dan, veri Dei nomine eos ornavit dicens: *Ecce Dii tui, Israel, qui te eduixerunt de terra Ægypti*, 5 Regum 12, 28. ET INSANIVIT AMORE. Deperit amatores suos. PROPINQUANTES. Aliqui etiam inter Hebræos rictinos interpretantur, ut R. Salom. Alii, moribus sui similes. Nam loco Assyrii decem tribus vicini non erant; ego confederatos interpretor ex historiâ Regum, lib. 4, cap. 15, 19: *Veniebat Phul, rex Assyriorum in Thersam, et dabat Manahem (rex Samaria) Phul mille talenta argenti, ut esset ei in auxilium, et firmaret regnum ejus*. Noster interpretor paulo infra versu 12, idem verbum vertit: *Ad se venientes*. Dicit autem eos deamisse per metaphoram, non quod eos amaverit, sed quod eorum idola coluerit; quod enim de Assyrii dicit, de idolis intelligendum est.

VERS. 6. — JUVENES CUPIDINIS, id est, amabiles, venustos.

VERS. 7. — DEDIT FORNICATIONES SUAS, prostituit se illis qui ex omnibus Assyriis lectissimi erant. IN OMNIBUS IX QUOS INSANIVIT. Hebræismus sic resolvendus: In omnium eorum quos adamavit, idolis polluta est. Abundat enim unum relativum Hebræorum more, immunditias vocat idola, ut supra c. 14, 5, 4.

VERS. 8. — INSUPER ET FORNICATIONES, id est, suscepit Assyriorum idolatriam, sed non propterea dereliquit idolatriam quam in Ægypto didicerat; quemadmodum si de adultera diceret: Suscepit novos amicos, sed non reliquit veteres. NAM ET ILLI. Ægyptii devirginaverunt illam, illi primi docuerunt eam idolatriam, sicut dixit versu 5: *Ibi subacta sunt abera carum*. ET EFFUDERUNT, id est, docuerunt illam omne genus idolatriæ suæ.

VERS. 9. — PROPTEREA, scilicet ut justo iudicio quos amavert, ab his postea puniretur. Cepit enim rex Assyriorum Samaritanos, et decem tribus in captivitatem duxit, 4 Reg. 17, 6, et 18, 10.

VERS. 10. — DISCOOPERUERUNT IGNOMINIAS EJUS, id est, spoliaverunt quemadmodum si amator adulteræ libidine satiatas eam spoliaret, nudamque relinqueret. Alludit etiam fortassis ad captivitatem; solent enim mulieres seminudæ in captivitatem duci, aut quia ab hostibus despoliantur, aut quia seipsæ faciendi itineris, trajiciendorumque Quivorum causâ nudare so-

lent, ut Isai 47, 2: *Denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, revela crura, transi flumina*. ET FACTÆ SUNT FAMOSÆ MULIERES, mulieres Samaricæ factæ sunt celebres miseris et penis. Hebr. *Et factum est nomen mulieribus*, quod Septuag. dixerunt: *Et facta est locutio in mulieres*, id est, data est omnibus mulieribus materia de mulieribus Samariæ loquendi, quod miserandum in modum ab Assyriis habite essent. Alii interpretantur: *Factum est nomen mulieribus*, id est, propositum exemplum ne adulteræ sint, considerantes quid Samaria propter adulteria sua accidisset; ita R. Salom. Alii: *Factum est nomen (malum) ceteris mulieribus propter Samaritanos*, id est, malè audierunt propter illam, ut exponit R. David. ET JUDICIA PERPETRAYERUNT. Assyrii tanquam Dei ministri iudicia in eâ exercebant, id est, dignas de eâ penas sumpserunt.

VERS. 11. — INSANIVIT LIBIDINE. Hebr. *Et corrupit amorem suum præ illâ*, id est, magis amavit Jerusalem idola, quam Samaria; et quo exemplo melior fieri debebat, pejor facta est.

VERS. 12. — AD FILIOS ASSYRIORUM PERBUIT IMPEDIENTER. Filios Assur adamavit aut deperit, idem verbum quod supra, versu 5, 6, 9. AD SE VENIENTES. Quod noster interpretor versu 5 vertit, *Propinquantes*. VESTE VARIA, perfectione, ut veritè Chaldaus, id est, omni genere pretiosarum vestium, ut R. David exponit; supra, versu 6, dixit: *Vestitos hyacintho*. ADOLESCENTIBUS FORMA CUNCTIS EGREGIA. Hebr., *adolecentibus cupidinis*, id est, amabilibus, ut vers. 6.

VERS. 13. — ET VIDI QUOD POLLUTA ESSET. Hebræi hic punctum ponunt, deinde legunt, VIA USAMBARUM, id est, vidi Jerusalem pollutam esse, quemadmodum Samaritanos, similesque utriusque mores esse.

VERS. 14. — CUMQUE VIDISSET. נָטַת, et vidit. Y potest esse causalis, vidit enim viros depictos. Non quod reverè viderit, sed declarat nimiam ad idolatriam proclivitatem per similitudinem libidinosissimæ mulieris, que non solum quos viros presentes, sed etiam quos in aliquo pariete egregiè formâ depictos videt, amare solet. Sic enim Jerusalem, cum nunquam Chaldaeos vidisset, sicut Samaria, que cum illis fœdus habebat, sed solum de illorum idolatriâ inaudisset, eam imitata est.

VERS. 15. — ACCINCTOS BALTEIS. Describit habitum Chaldaeorum. FORMAM DUCEM OMNIUM. Hebr., *forma ducum omnibus illis (erat)*, id est, omnes erant formæ elegantes, quales duces ac principes esse solent. SIMILITUDINEM FILIORUM BABYLONIS, id est, omnes illi quos pictos videbat similes formâ et habitu civibus Babylonis esse videbantur, que Chaldaeorum terra est, IN QUÀ NATI SUNT, id est, ita picti erant, ut non picti; sed in Babylone nati esse viderentur.

VERS. 16. — INSANIVIT, deperit, adamavit, ut supra versu 5, 9, 12. CONCUPISCENTIA. Hebr., *ad aspectum oculorum suorum*, id est, simul atque eos pictos vidi.

VERS. 17. — AD CUBILE MAMMARUM, Hebr., *ad cubile amatorum*, id est, in quo solent amatores cum amicâ concumbere. Sic vocat fana et delubra, ubi

Judei idolis immolabant, quasi dicat: Docuerunt Chaldaei Judæos in suis delubris idolis etiam suis sacrificare. ET SATURATA EST ANIMA EJUS, exsatiavit libidinem suam. Videtur noster interpretor legisse *thiseba* pro, *theca*, aut existimasse verbum *theca* sauriantem significare. Qui sensus melius sanè loco convenit, quam ille quem R. David, et alii cum secuti afferre solent: *Discessit anima ejus ab eis*, id est, rupti amicitias quas cum illis contraxerat: quod illi ad rebellionem referunt quam fecit Joacim contra regem Babylonis, 4 Regum 24, 1; ita etiam Septuag. verterunt: ET DISCESSIT ANIMA EJUS AB ILLIS, quod ego non mutata verbi significatione aliter interpretor, id est, usque ad nauseam et fastidium satiatæ est eorum libidine, sicut intellexit noster interpretor. Eadem significatione sumitur idem verbum versu sequenti.

VERS. 18. — DENUDAVIT QUOQUE FORNICATIONES SUAS, id est, non solum clam, sicut principio; sed publicè ac palam idola coluit. Cumque viderem prostitutam ejus turpitudinem, cepit me illius fastidium, hoc est: Recessit anima mea ab eâ, sicut recesserat anima mea à sorore ejus.

VERS. 19. — RECORDANS DIES, Hebr., *ad recordandum*, id est, ut me recordari faceret dies ADOLESCENTIE SUÆ, QUIBUS FORNICATA EST IN TERRA ÆGYPTI, id est, ut punirem in illâ non solum recentem, sed etiam veterem idolatriam. Noster interpretor verbum, *recordans*, contra consuetudinem Latini sermonis transitivè posuit, sicut supra, cap. 24, 14.

VERS. 20. — ET INSANIVIT LIBIDINE. Et adamavit, deperit, idem verbum quod versu 5, 9. SUPER CONCUBITUM EORUM. In concubitu eorum; rectè mihi videtur noster interpretor sensum reddidisse, quamquam Hebræi aliter exponunt. Hebr., *cum pellicibus eorum*, id est, ita ut facta sit eorum pellex; ita R. David et R. Salomon; eodemque sensu videtur Chaldaus vertere, et elegit ut esset ministrans eis; sed sensus non benè mihi videtur hæerere loco. Alii, *adamavit servos eorum*, id est, non solum Chaldaeorum, sed etiam omnium hominum qui Chaldaeis subjecti erant, idola colebant. Ego sicut Hieronymus interpretor: *Adamavit concubitus eorum*. Manifestum enim est voluisse dicere, eam propter virilis membri magnitudinem adamasse, quod neque de pellicibus, neque de servis dici potest. Non enim servos amaret, quia eorum domini magna habent membra virilia. QUORUM CARNES, id est, membra genitalia: rem inhonestam honesto verbo significat. CARNES ASINORUM, similes carnis asinorum, id est, magnæ. Asini enim inter omnia animalia maxima habent genitalia. Hæc metaphorâ significat Chaldaeorum idolatriam maximam fuisse, Judæos verò ad eam sectandam maximè proclives. Simile quiddam Ægyptiis dixit supra, c. 18, 26. ET FORNICATA CUM FILIIS ÆGYPTI VICINIS TUIS MAGNARUM CARNIUM. ET SICUT FLUXUS EGROCORUM: qui in coitu magnam copiam spermatis projiciunt sicut equi.

VERS. 21. — ET VISITASTI, id est, fecisti ut visitarem scelus adolescentiæ, tuæ hoc est, ut punirem. Sic etiam Septuag. transtulerunt. Idque verbum Hebræi

cum propriè significat *thipkedti*, sed etiam significat recordari, atque ita Hebræi et Chaldaei paraphrastes hoc loco interpretantur: *Recordata est scelus adolescentiæ tuæ*, id est, veterem tuam idolatriam renovasti. Alio sensu quam versu 19.

VERS. 22. — PROPTEREA OBLIA. Aolihab, id est, Jerusalem, ut versu 4. OMNES AMATORES TUOS, Chaldaos. DE QUIBUS SATIATA EST ANIMA TUA. Hebr. *A quibus discessit anima tua*, id est, quorum præ satietate libidinis tedavit te, quorum libidine usque satiatæ es, ut supra, vers. 17. Hebræi interpretantur: *Quos odisti, aut quos amare desiisti*, quod menti prophete contrarium est. Voluit enim dicere eam per eos quos vehementer amabat, esse puniendam.

VERS. 23. — FILIOS BABYLONIS. Repetit ea quæ dixerat vers. 12, quasi dicat, illos ipsos Babylonios, principes, duces, magistratos, juvenes formâ præstantes quos adamasti, excitabo contra te; et quibus de causis tu eos adamasti, iis ego de causis eos adversum te suscitabo. Quod noster interpretor veritè, nobilis, tyrannosque et principes. Hebr. est *phedoc, uschoa, acon*, que Septuag. propria virorum nomina esse putaverunt: ipsa enim Hebræica nomina integra reliquerunt. Chaldaus autem paraphrastes existimavit nomina esse gentilia Pcedotias, Soaitas, Coaitas. ET NOMINATOS ASCENSORES EGROCORUM. Hebræi duos dignitatis gradus esse putant, *nonihubis*, id est, magnatos, ut R. David interpretatur, et *ascensores equorum*, id est, equites. Chaldaus etiam distinguit. Septuaginta vero sicut noster interpretor conjungunt: *Kal êpouaretis inædoreto êp' êpoua*.

VERS. 24. — INSTRUCTI. Oten. Quod alii Hebræi dicunt esse elypei genus. Alii genus quoddam currus, ut refert R. David. Alii ulnam, id est, brachium; ut sit sensus: Veniet ad te in brachio, id est, magno eum robore; ut interpretatur R. Joseph. Alii, generaliter arma; atque ita Chaldaus paraphrastes, et Septuag. reddiderunt: *Venient ad te cum armis*. CURRUS ET ROTA. Singularia pro pluralibus. MULTITUDO, et eum multitudine populorum, ut etiam Septuag. verterunt, id est, magis copiis, magno exercitû. LORICA ET CLYPEO. Scutum, clypeum, et galeam ponent contra te in circuitu, sicut Septuag. converterunt, id est, milites scuto, elypeo et galeâ armatos, quasi dicat: Osidebantur armatis militibus, ita ut in circuitu tuo non nisi scuta, elypei, et galeæ videantur. ET DABO CORAM EIS JUDICIUM, id est, dabo eis potestatem puniendi te. Duplex Hebræismus: alter, *judicium pro penâ*, alter, *dare coram*, id est, in potestate alicujus ponere, ut Eccles. 45, 6: *Dedit illi coram præcepta*, id est, in ejus potestate posuit, ut declaratur in Deuter., cap. 50, vers. 15: *Considera quod hodie prosequerim in conspectu tuo vitam et bonam, et è contrario mortem et malum*; quod enim coram nobis ponitur, in potestate nostrâ ponitur. ET JUDICABUNT TE JUDICES SUIS, id est, punient te pro suo arbitratu, quia in eorum potestate eris.

VERS. 25. — PONAM ZELUM MEUM. Zelum suum vocat Chaldaus, id est, ministros iræ suæ, sicut vocat

vit Assur virgam furoris sui, Isai. 40, 5 : *Quem exercent. Et facient tecum in furore*, ut Septuag. transtulerunt, id est, tractabunt te crudeliter, sicut solent facere milites furore incensi. NASUM TUUM, ET AURES TEGAS. Alludit ad consuetudinem amatorum ac lenonum, qui meretricibus, quarum libidine satiati sunt, si quando offensi fuerint, nasum, auresque praecidunt, in quibus maxime eorum turpitudinem appareat; nulla enim maiore ignominia mulieres adulterae, quae pulchrae videri volunt, affici possunt; quam si naso et auribus abscisae turpissimae fiant. Intelligunt autem Hebraei et Chaldaei paraphrasas per nasum regem, per aures sacerdotes; Hieronymus autem per nasum regem, per aures iudices. Significat ergo regem et sacerdotes, aut iudices non occidendos, sed in captivitate duendos esse, milites vero gladio interficiendos, urbis autem reliquias, id est, templum et caetera aedificia habitatoribus vacuata igne inflammanda, quae omnia eventus interpretatur, 4 Reg. 25, et Jerem. 52.

VERS. 26. — ET DENEABUNT TE, spoliabunt te, tot est in te omnes thesauros, quibus maxime gloriari, ut supra cap. 16, vers. 37, 39; VASA GLORIAE, aut decoris, vocat ornamenta muliebria; saepe enim monuimus omnia ejusque rei instrumenta et Hebraice et Graece et Latine vocari.

VERS. 27. — ET REQUESCERE FACIAM. Hebraismus, pro : Tollam, auferam, excoquam te supplicis, ut nihil veteris sceleris in te remaneat. NEQUE LEVABIS OCULOS NOVOS AD EOS. Ad Deos Aegypti. Relativum absque antecedente Hebraeorum idiomate. Levare autem oculos ad idola, est ea venerari, aut ab illis auxilium petere, ut supra cap. 18, 6, 12, 15. ET AEGYPTI NON RECORDABERIS, id est, idololatriae, quam in Aegypto didicisti. Referendum hoc est ad Ecclesiam catholicam, in qua proprie haec propheta perfecta est.

VERS. 28. — EORUM QUOS ODISTI, hostium tuorum, Chaldaeorum, quorum libidine, id est, idololatriam olim satiatu es. Hebr. : *A quibus discessit anima tua*; eadem phrasia, quae supr., vers. 27 et 22.

VERS. 29. — AGENT TECUM IN ODIO. Hostiliter, crudeliter, spoliabuntque te omnibus opibus quas magno labore comparaveras, et revelabitur turpitud tuas, et fornicationes tuas, id est, omnes gentes cognoscent te propter peccatum idololatriae ita puniri, ut versu sequenti declaratur.

VERS. 30. — FECERUNT HOC TIBI. Facient. Hebraice infinitivus, quem alii vertunt per primam singularem personam : *Faciam hoc tibi*; alii per tertiam singularem : *Fecit hoc tibi*, ut Septuag.

VERS. 31. — IN VIA SORORIS. Imitata es mores sororis tuae Aholah, id est, idololatriam decem tribuum; idcirco dabo calicem ejus in manu tua, id est, iisdem te penis afficiam, quibus illam affeci, duceris in captivitate, sicut illa ducta est.

VERS. 32. — PROFUNDUM ET LATUM. Qui calix profundus et latus est, id est, plurimum ponarum capit, quasi dicit : Maximis supplicis afflicteris. *QUE ES CAPACISSIMA*; quae nunc frequentissimè habitaris, eris in

sibilium et stuporem propter solitudinem, in Jerem. cap. 18, 16, et 19, 18. Hebr., *pro multitudine ad capiendum*; quod R. David sic explicat : Calix iste erit tibi in derisum et subsannationem, quia multum vini capiet, ita ut eo hausto inebrieris, et tanquam ebris ab omnibus deridebere, ut declaratur versu sequenti.

VERS. 34. — CALICE MÖRORIS ET TRISTITIAE. Calice solitudinis et vastationis.

VERS. 35. — EROTARIS USQUE AD FECES. Nomen *feces*, Hebraice non legitur, sed continetur in vi verbi *רובץ*, exprimes, id est, bibis usque ad feces, ut Isai. 51, 17 : *Usque ad fundum calicis saporis bibisti, et potasti usque ad feces.* Et PRAGNATA ERIS DEVORARIS. Eodem modo Sept. converterunt. Non est sensus fore ut fragmenta ipsa devoret, quod fieri non potest; sed ut exhausto vase, fractoque, etiam guttulis, quae in fragmentis manserint, lambere cogatur. Hebraei interpretantur Hebr., *testas ejus franges*, quia nihil intus remanebit, vel ut eas etiam lambas. Et UBERA. Tundes praedolore pectus tuum.

VERS. 35. — POST CORPUS TUUM; post tergum, sicut solemus post tergum rejicere, quae oblivisci volumus.

VERS. 36. — NEQUID JUDICAS? Cur non judicas, quin judicas, quid cessas judicare? id est, sententiam contra illas pronuntiare, ut c. 20, 4 : *Si judicas eos, si judicas eos, fili hominis : abominations patrum eorum ostende eis*; et cap. 22, vers. 2 : *Et tu, fili hominis, nome judicas, nonne judicas civitatem sanguinum? et ostendes ei omnes abominations suas.*

VERS. 37. — ET SANGUIS IN MANIBUS EORUM, id est, cruentas habent adhuc manus ex prophetis et viris justis, quos occiderunt. QUOS GENUERUNT MIMI, quos mihi tanquam uxores marito gignere debebant, obtulerunt idolis, ut in eorum honorem igne devorarentur.

VERS. 39. — IN DIE ILLA. Chaldaeus interpretatur : (Eadem die, quã filios suos idolis immolaverant,) in templum meum ingrediebantur, quo ingressu polluebant illud. ETIAM HÆC FECERUNT, etiam in ipso templo meo filios suos idolis sacrificaverunt, ut Jerem. 7, 30 : *Posuerunt offendicula sua in domo, in qua invocatum est nomen meum*, et cap. 23, 11 : *In domo meo inveni malum*. Et hic ipse propheta, cap. 8, vers. 10, vidit templum idolis plenum, et seniores Jerusalem illis sacrificantes. Potest etiam esse epiphonema; quasi dicat : Usque eò impudens fuerunt ut haec, quae dixi, in domo meo facerent.

VERS. 40. — MISERUNT NUNTIOS AUT LITTERAS, aliis locis monuimus verbum *mitto* absolute positum, idem significare quòd *nuntios mittere*, sicut Graecè *ἀποπέμψαι*, aut *litteras*, sicut *ἀποπέμψαι*. VENIENTES DE LONGE; ad Chaldaeos, Assyrios, Aegyptios, ex quibus idololatriam didicerunt. QUIBUS TE LAVISTI. Sicut meretrices amatoribus suis : mutat personam et numerum per apostrophem; significat autem Chaldaeos, Assyrios, et Aegyptios, cum Jerosolymam veniebant, magno honorificoque apparatu exceptos fuisse.

VERS. 41. — ANTE TE; Hebr. *ante eum* (lectum) iuxta lectum, ubi mensam mulieres ponere solent,

eam pigmentis et ceteris rebus, quibus sese ornaat. THYMIANA MEUM, id est quod mihi debebas offerre, sicut dixit vers. 37 : *Filios suos, quos genuerunt mihi, obtulerunt eis (idolis), ad devorandum*; et cap. 16, 18 : *Oleum meum, et thymiana meum posuisti coram eis*. Significat solitos fuisse Judeos Chaldaeos, et Assyrios, et Aegyptios, cum Jerosolymam veniebant, suas opes honoris causâ ostentare, quemadmodum Ezechiam apud Isaiam cap. 39, fecisse legitur.

VERS. 42. — VOX MULTITUDINIS EXULTANTIS; Hebr. vox multitudinis pacificae (sub. audiebatur), in ea mensa iuxta lectum, aut potius, in eâ muliere Aholibah, sicut dicitur postea, et in viris; id est, conveniebant undique multi ad cubile ejus, et suaviter amatorieque colloquebantur; aut cantabant ibi carmina amatorum. Quo sensu Septuaginta reddiderunt : *Et vocem concentus resonabant*. Et in viris, audiebatur vox, id est, viri cum illâ colloquebantur. Hebr., et cum viris, ut R. David interpretatur, docet enim al., ad pro im., cum, sensumque esse : *Et cum viris* (ad quos nuntios miserant, sub. veniebat) magna hominum multitudo. QUI ADDEBANTUR ad legatis, apparatus et magnificentia causâ, sicut legati magno comitatu venire solent. ET VENIEBANT DE DESERTO. Hebraei interpretantur, Sabaei ex deserto, quod mihi nullo modo placet; non enim de Sabaei agebatur, nec ab illis Jerusalem usquam dicitur idololatriam didicisse. Noster interpres et Chaldaeus paraphrasas videntur logisse duplici *beth, sub bain, undique venientes* : hoc enim sensu verterunt Sept., verò unâ distinctione *sobaim, ebris*, sic enim transtulerunt : *Qui ebris veniebant, id est, pleni idololatriâ et superstitione. IN MANIBUS EORUM*. Hebraice femininum genus est. Posuerunt (viri undique venientes) armillas in manibus earum Aholah et Aholibah : quamquam et Sept. et Chald. paraph. masculino genere verterunt. Cui sensui illud tantum videtur repugnare, quòd armillae non in manibus virorum, sed mulierum poni solent.

VERS. 43. — QUAE ATTRITA EST; inveterata illi in CAPUT XXIV. 1. Et factum est verbum Domini ad me, in anno nono, in mense decimo, decimâ die mensis, dicens : 2. Fili hominis, scribe tibi nomen diei hujus : in qua confirmatus est rex Babylonis adversum Jerusalem hodiè. 3. Et diceb per proverbium ad domum irritatricem parabolam, et loqueris ad eos : Haec dicit Dominus Deus : Pone ollam, pone, inquam, et mitte in eam aquam. 4. Congere frusta ejus in eam, omnem partem bonam, femur et armum, clecta et ossibus plena. 5. Pinguissimum pecus assume, compone quoque strus ossium sub eâ : efferebit coctio ejus, et discocta sunt ossa filius in medio ejus. 6. Propterea haec dicit Dominus Deus : Vae civitati sanguinum, olle ejus rubigo in eâ est, et rubigo ejus non exivit de eâ : per partes et per partes suas effice eam; non cecidit super eam sors.

adulteris, Aholah, quae prior peccare cepit; aut Aholibah, quae jamdudum adulteria committit. NUNC RONCABITUR, id est, finem imponet fornicationibus suis, performicabitur, si Latine dicere liceret, quia puniam eam sic, ut non amplius fornicetur. Hebraeus Hebraei sic exponunt : *Migrabunt fornicationes ejus et ipsa, id est, ibit in captivitatem cum fornicationibus suis*. Chaldaeus alio sensu : *Et dixi de cetero Israel, cujus populus inveteratus est in peccatis, nunc dimittet idola sua, et convertetur ad cultum meum, et non est conversum. Sept. multo aliter.*

VERS. 43. — VIRI ERGO JUSTI SUNT. Hebr. : Viri justi ipsi indicabunt eas, abundante relativo Hebraice linguae proprietate. Vocat autem viros justos Chaldaeos, qui Jerusalem et Assyrios, qui Samaritanos expugnârunt; non quòd justii essent, sed quòd in eâ re divinae justitiae ministri essent. *Judicio adulterarum, et iudicio effundentium sanguinem*, id est, eâ penâ, quâ adultere et homicidae puniri solent, nempe ut lapidentur et comburantur, ut dicit cap. 16, 38, 40.

VERS. 46. — ADDUC AD EAS MULTITUDINEM. Qui eas obediunt, lapides in ipsis jaculabuntur ut supra, cap. 16, 40. Hebr., lapidabunt eas lapidibus multitudi. VERS. 48. — ET AFFERAM, vi suppliciorum et afflictionum, scelus idololatriae, et homicidiorum, ne terra, Juda et Israel, eritque omnibus mulieribus, id est, omnibus aliis gentibus exemplum, ut discant non idem facere. ET DABUNT SCELUS VESTRUM SUPER VOS, id est, sument de vobis poenas pro scelere vestrorum dignitate; frequens et notus est hebraismus.

CHAPITRE XXIV.

1. Le dixième jour du dixième mois de la neuvième année, le Seigneur m'adressa sa parole, et me dit : 2. Fils de l'homme, écris tibi le nom de ce jour, et écris-le, parce que c'est en ce jour que le roi de Babylone a rassemblé ses troupes devant Jérusalem.

3. Vous parlerez en figure à la maison d'Israël, qui ne cesse de m'irriter; et vous lui direz cette parole: Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Mettez la marmitte sur le feu; mettez, dis-je, sur le feu une chaudière, et versez-y de l'eau.

4. Remplissez-la de viande de tous les meilleurs endroits; mettez-y la cuisse, l'épaule, les morceaux choisis et pleins d'os.

5. Prenez des bêtes les plus grasses; mettez au-dessous les os rangés les uns sur les autres; faites la bouillir à gros bouillons, jusqu'à faire cuire les os mêmes au milieu de la chaudière.

6. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Malheur à la ville de sang, qui est comme une marmitte tout écorchée, dont la rouille n'est point sortie; j'aprez toutes les pièces de viande qui y sont, les unes après les autres, sans qu'on jette le sort sur les habitants.

7. Sanguis enim ejus in medio ejus est, super limpidissimam petram effudit illum : non effudit illum super terram, ut possit operiri pulvere.

8. Ut superinducerem indignationem meam, et vindictâ ulciscerer, dedi sanguinem ejus super petram limpidissimam, ne operiretur.

9. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Vae civitati sanguinum, cujus ego grandem faciam pyram.

10. Congere ossa, quæ igne succendam : consumentur carnes, et coquetur universa compositio, et ossa tabescent.

11. Pone quoque eam super prunas vacuam, ut incalcescat, et liqueat aes ejus : et confletur in medio ejus inquinamentum ejus, et consumatur rubigo ejus.

12. Multo labore sudatum est, et non exivit de eâ nimia rubigo ejus, neque per ignem.

13. Immunditia tua execrabilis : quia mundare te volui, et non es mundata à sordibus tuis : sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te.

14. Ego Dominus locutus sum : Veniet, et faciam : non transeam, nec placeam, nec placabor : juxta vias tuas, et juxta adventiones tuas judicabo te, dicit Dominus.

15. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

16. Fili hominis, ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga : et non planges, neque plorabis, neque fluent lacrymæ tuæ.

17. Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies : corona tua circummigrata sit tibi, et calcamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes.

18. Locutus sum ergo ad populum mane, et mortua est uxor mea vespere : fecique mane sicut præceperat mihi.

19. Et dixit ad me populus : Quare non indicas nobis quid ista significant, quæ tu facis ?

20. Et dixit ad eos : Sermo Domini factus est ad me, dicens :

21. Loquere domui Israel : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperii vestri, et desiderabile oculorum vestrorum, et super quo pavet anima vestra : filii vestri, et filiae vestrae, quas reliquistis, gladio cadent.

22. Et facietis sicut feci : Ora amictu non velabitis, et cibos lugentium non comedetis.

23. Coronas habebitis in capitibus vestris, et calcamenta in pedibus : non plangetis, neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, et unusquisque gemet ad fratrem suum.

24. Eritque Ezechiel vobis in portentum : juxta omnia quæ fecit, facietis cum venerit istud : et scietis quia ego Dominus Deus.

25. Et tu, fili hominis, ecce in die, quâ tollam ab eis fortitudinem eorum, et gaudium dignitatis, et desiderium oculorum eorum, super quo requiescent animæ eorum, filios et filias eorum :

7. Car son sang est au milieu d'elle; elle l'a répandu sur les pierres les plus luisantes et les plus polies, et non sur la terre, où il aurait pu être couvert de poussière.

8. Aussi, pour faire tomber mon indignation sur elle, et pour me venger d'elle selon qu'elle le mérite, j'ai répandu son sang sur les pierres les plus luisantes, afin qu'il n'y ait rien qui le couvre.

9. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Malheur à la ville de sang, à laquelle je vais préparer un grand lâcher.

10. Mettez les os les uns sur les autres, afin que je les fasse brûler dans le feu : la chair sera consumée : on en arrangerà toutes les pièces, et on les fera cuire ensemble; et les os seront réduits en poudre.

11. Mettez aussi la chaudière vide sur les charbons ardents, afin qu'elle s'échauffe, que l'airain se liquéfie, que son ordure se fonde au dedans, et que sa rouille se consume.

12. On s'est efforcé avec grande peine de la nettoyer; mais sa rouille y est tellement attachée, qu'elle n'a pu même en sortir par le feu.

13. Votre impureté est exécration, parce que j'ai voulu vous purifier et que vous n'avez point quitté vos ordures; mais vous ne deviendrez point pure non plus avant que j'aie fait reposer sur vous mon indignation.

14. C'est moi le Seigneur qui ai parlé. Le temps est venu; je vais agir; je ne laisserai plus les fautes impunies; je ne pardonnerai plus; je ne m'apaiseraï plus; mais je vous jugerai selon vos voies, et selon le dérèglement de vos œuvres, dit le Seigneur.

15. Le Seigneur me dit encore ces paroles :

16. Fils de l'homme, je vais vous frapper d'une plaie, et vous ravir ce qui est le plus agréable à vos yeux : mais vous ne ferez point de plaintes funèbres, vous ne pleurerez point, et les larmes ne couleront point sur votre visage.

17. Vous songerez en secret, et vous ne ferez point le deuil comme on le fait pour les morts. Votre couronne demeurera liée sur votre tête, et vous aurez vos souliers à vos pieds; vous ne vous couvrirez point le visage, et vous ne mangerez point des viandes qu'on donne à ceux qui sont dans le deuil.

18. Je parlai donc le matin au peuple; et le soir ma femme mourut. Le lendemain au matin, je fis ce que Dieu m'avait ordonné.

19. Alors le peuple me dit : Pourquoi ne nous décrivez-vous pas ce que signifie ce que vous faites ?

20. Je leur répondis : Le Seigneur m'a adressé sa parole, et m'a dit :

21. Biles à la maison d'Israël : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je vais profaner mon sanctuaire, dont vous faites l'ornement superbe de votre empire, et qui est ce que vos yeux aiment le plus, et l'objet des craintes de votre âme; vos fils et vos filles qui seront restés, tomberont par l'épée.

22. Et vous ferez comme j'ai fait : vous ne vous couvrirez point le visage, et vous ne mangerez point des viandes qu'on donne à ceux qui sont dans le deuil.

23. Vous aurez des couronnes sur vos têtes, et des souliers à vos pieds; vous ne ferez point de plaintes funèbres, et vous ne verserez point de larmes; mais vous languirez dans vos iniquités; et chacun de vous, regardant son frère, jettera en secret de grands soupirs.

24. Et Ezechiel vous sera un signe pour l'avenir; lorsque ce temps-là sera arrivé, vous ferez les mêmes choses qu'il a faites; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur Dieu.

25. Vous donc, fils de l'homme, quand ce jour sera venu, auquel je leur ôterai leur force, et la joie que je leur donnais, ce qui faisait leur gloire et leur dignité; que je leur ravirai ce que leurs yeux aimaient le plus, ce qui faisait le repos de leurs âmes, leurs fils et leurs filles;

26. In die illâ cum venerit fugiens ad te ut annuntiet tibi :

27. In die, inquam illâ aperietur os tuum cum eo qui fugit : et loqueris, et non silebis ultra : erisque eis in portentum, et scietis quia ego Dominus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ANNO NONO. Omnes Hebræi interpretantur, regni Sedecie, quia 4 Reg. 24, 1 et Jerem. 59, 1, et 52, 4, dicitur Nabuchodonosor anno nono regni Sedecie mense decimo decimâ mensis venisse contra Jerusalem. Melius Hieronymus et Latini omnes auctores exponunt : Anno nono captivitatis Jechonia. Nam etsi idem regni Sedecie nonus fuit, ut quarto libro Regum, capite 24, vers. 17, significatur; tamen non solet Ezechiel, cum in Babylone esset, annos regni Sedecie, qui Jerusalem, sed captivitatis Jechonia, qui in Babylone etiam erant, numerare, ut cap. 1, vers. 1 et 2, et cap. 8, vers. 1, et cap. 20, vers. 4.

VERS. 2. — SCRIBE TIBI NOMEN. Nota hunc diem diligenter, quo die Nabuchodonosor contra Jerusalem obsidionem ponit, ut Judei, qui tecum in captivitate sunt, cum viderint te in Chaldaea ea quæ Jerusalem fuit, videre, credant te verum esse prophetam, et cetera, quæ de ejus urbis incendio et Judæorum captivitate dixisti, aut dicturus eventura. Hebr., *scribe*, nomen dici et substantiam dici hujus; id est, non solum ejus nomen ut prima sabbati, aut secunda sabbati, sed etiam omnes ejus circumstantias, ut explicat R. David. CONFIRMATUS EST. Obfirmavit faciem suam contra Jerusalem, id est, obsedit eam, ut cap. 4, 5 : *Et obfirmabis faciem tuam ad eam, et circumdabis eam, et erit in obsidionem*. Hebr. R. David interpretatur, *appropinquit*, R. Salom. *obsedit*. In quâ nomine, dixit noster interpres altero nomine redundante, Hebr., *quia hodie obsedit, aut, appropinquit*.

VERS. 3. — AD DOMUM IRRITRICEM, rebellem, ut supra, cap. 2, 5, et cap. 3, 9, 25, 27, et cap. 12, 2, 9, et cap. 17, 12, ubi noster interpres domum exasperantem reddidit.

PONE OLLAM. Hæc est parabola, quam jubetur proponere propheta, ut non solum verbis, sed etiam factis vaticinetur. Duo autem olla hæc significat; alterum est, quod Jerusalem rubigine, id est, malitia plena sit, quodque igne purgari non potuerit; alterum Jerusalem incendendam, et in eâ cives frustratim concisos concremandos; quæ duo vers. 6 et 10 explicantur.

VERS. 4. — CONGERE FRUSTA EJUS, olla, id est, quæ in eam confici debent. OMNEM PARTEM BONAM. Significat optimum quemque militem et lectissimum quemque civem in urbe trucidandam; ita ut verum sit, quod illi alio sensu dicere solebant, cap. 11, 5 : *Nonne dudum edificatae sunt domus? hæc est lebes, nos autem carnes*. ELECTA ET OSSIBUS PLENA; maxima quæque membra, quæ ossibus plena esse solent. Hebræum R. David interpretatur; *Electis ossibus imple*

26. En ce jour-là, lorsqu'un homme qui sera échappé du péril viendra vous dire des nouvelles de Jérusalem :

27. Quand ce jour-là, dis-je, sera arrivé, vous bouche s'ouvrira pour parler avec celui qui se sera échappé par sa fuite. Vous parlerez, et vous ne demeurerez plus dans le silence; et vous leur serez un signe pour l'avenir. Et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

COMMENTARIUM.

(eam ollam) id est, electis membris, quæ solent (inquit) membra secundum ossa secari. Septuag. alio prorsus sensu : *Crus et armum carne ab ossibus separata* : quod non malè convenit, si verba paterentur.

VERS. 5. — PINGUISSIMUM PECUS. Per pinguisimum pecus, locus locupletissimum quemque intelligit. COMPOSE STRUES OSSUM. EA. R. David sic interpretatur, loco lignorum, quæ sub olla, ut ferveat poni solent, pone ossa innocentium, qui in urbe occisi sunt; ea enim ignem accendunt, id est, causa erunt incendi Jerusalem. Sensus subtilis et bonus, sed paulo coarctat; nulla enim hic de innocentiis mentio facta est. Alii : *Compos strues ossium sub eâ*, id est, in fundo olla intrinsecus, ut facilius excoquantur; ita R. Salom. et eum secuti nonnulli; quod mihi videtur loco magis convenire. Nam superiori versu justus est propheta electis ossibus ollam implere. Et statim sequitur : *Dissecta sunt ossa illius in medio ejus*. Significat autem principes primo loco, quasi in fundo olla sint, afflictionem ignem sensuros. *EFFRIBUIT COCTIO EJUS*; Hebr., *bullire fac bullitiones ejus*.

VERS. 6. — VAE CIVITATI SANGUINUM. Jerusalem homicidiis et innocentium sanguine redundanti; ut cap. 22, vers. 2. Incipit propositum ænigma declarare, ollamque esse Jerusalem, CURE RUBIGO. R. David et R. Salom. exponunt : *Cajus spuma in eâ est*, Solet enim fervente olla spuma colligi, ut carnes purgentur. Significat ergo Jerusalem multis à Deo calamitatibus vexatam fuisse, et quasi ollam bullitione : sed nondum despumatam esse, id est, necdum à peccatis suis esse repurgatam. Quæ interpretatio quamvis speciosa sit, mihi non placet, quia vers. 14, idem nomen rubiginem, non spumam significat. PRA PALTER ET PER PARTES OSSUM. Pervererat in metaphorâ olla, quæ non simul, sed paulatim et sensim despumari solet. Sic jubet Deus facere prophetam, ut *per partes*, id est, paulatim ac certis intervallis efciait spumam de olla, ut significet fore ut non omnes eodem tempore puniantur, et à peccatis emendantur, sed paulatim alii post alios. Hebræi et Chaldaei paraphrastes hoc ad captivitatem referunt, quia non omnes simul in captivitate ducti sunt, sed alii cum Jechonia, alii undecim annis post cum Sedecia. Itaque cives ipsos spumam vocari putant. Mihi alius videtur esse sensus, *per partes et per partes*, id est, sigillatim, ita ut nullus remaneat; sicut statim dicit : *Non cecidit super eam sors*, id est, non sortitio occidit, ut aliquando fieri solet, ut decimus quisque vel centesimus moriatur, quemadmodum in Thebais martyribus facture legimus; sed omnes sine ulla discrimine aut

gladio, aut fame, aut peste, aut captivitate punientur.

VERS. 7. — SANGUIS EJUS, quem effudit IN MEDIO EJUS EST, manifestus est et publicus, quasi dicat, ejus homicidia publica sunt, ut omnibus nota, ut cap. 22, 15. SUPER LIMPIDISSIMAM PETRAM ita patravit homicidia, ut nullo modo celari possint; sed semper mihi ob oculos versentur ultionemque à me petant. R. David interpretatur, *super altissimam petram*, sicut infra, vers. 8; melius Hieronymus. Non enim significatur locus editus, sed durus et tersus, ubi pulvis non possit sanguinem cooperire, ut statim declaratur.

VERS. 8. — ET SUPERINDUCEREM, idcirco permisi ut sanguis, quem illa effudit, non in terram, sed in petram caderet, ut eam videns inducerem contra illam indignationem meam, et ultionem sumerem. Hebr., *ut ascendere faceret iram*, id est, ut facilius ascenderet ad me, et iram meam provocaret, cecidit in petram, ut exponunt Hebræi. DEDI SANGUINEM EJUS; quem illa inique fudit. SEPER PETRAM LIMPIDISSIMAM, id est, permisi ut non super terram caderet, sed super petram, ne pulvere operiretur. Quod permisi Deus fecisse dicitur, ut 2 Thessal. 2, 11, mittere dicitur operationem erroris. Rabbi David sic exponit: *Dedi sanguinem ejus*, id est, penas sanguinis ejus super petram, quasi dicat, sicut publice peccavit, ita publice à me punietur.

VERS. 9. — VE CIVITATI SANGUINUM, homicidiorum plece, ut vers. 6: *Cujus ego grandem faciem pyram*. Etiam ego magnum faciam rogam, id est, sicut ipsa multum sanguinis fudit, ita egometulum de illa peccatorum sumam. Rogam aut pyram vocat futuram afflictionem, ut: *Transivimus per ignem et aquam, et educisti nos in refrigerium*, Psalm. 65, 12, simulque alludit ad futurum templi et urbis incendium, 4 Reg. 25, 9, et Jerem. 59, 8, et 52, 15. Septuag. alio prosæ sensu: *Et ego multiplicabo populum*.

VERS. 10. — CONGERE OSSA. Hebr., *multiplicare signa*. Nam et hoc, et que sequuntur, infinita verba sunt igne succedere, consumere carnes, coquere, tabescere. Que nonnulli Hebræi et Septuag., partim per primam, partim per tertiam personam reddunt: Multiplicabo ligna, succedam ignem, consumam carnem, coquam, et ossa tabescent, aut cremabuntur. Chaldeus per secundam personam, sicut Hieronymus. Porro videtur Hieronymus pro lignis, legisse, unâ in Hebræo additâ littera, ossa. Hebræi sic interpretantur: *Multiplicabo ligna*, id est, magnam sub Jerusalem tanquam sub ollâ plenâ ossibus et carnis pyram succedam, ut dixit versu præcedenti; accendam ignem, consumam carnes, id est, idcirco coquam ut penitus consumantur. Carnes autem populum significant, sicut ossa principes. Itaque indicat fore ut populus ad eum vexetur, ut prosæ ferè aboleatur. Et coquantur UNIVERSE COMPOSITIO. Hebr., *coquam decoctionem pigmentorum*, id est, excogam illos, sicut pharmacopola pigmenta coquere solent, donec scilicet omnia consumantur, et tertium quiddam fiat. Sept. *Et minuetur fusculum. ET OSSA TABESCENT*. Hebr. *Et ossa ardebit, aut exu-*

rentur, que in fundo ollæ posita fuerant, vers. 5, quasi dicat, non solum plebei, fame, peste, gladio morientur, sed etiam principes civitatis viri. Chaldeus nimis liberè totum versum reddidit. Multiplica reges, congrega exercitum, conjunge auxilia, prepara contra eam bellatores, et fortes viri ejus insaniant.

VERS. 11. — PONERE QUOQUE EAM. Hebr., *ponere eam*. Infinitum, ut præcedentia; quod Hebræi per primam personam exponunt. Ponam eam ollam, postquam carnes et ossa consumpti fuerint, super primas, ut etiam ipsam res ejus liquefat. Æs eris. R. David interpretatur, *fundum ejus*, quia solet esse lebetis fundum suberatium, ut supra, capite 16, 36. Quod mihi ideò non placet, quia sensum restringit. Non enim significat solum olle fundum, sed totam ipsam ollam esse fundendam, id est, postquam principes ac cives, qui velut ossa et carnes erant, consumpti fuerint, ipsam quoque urbem incendio consumendam. ET CONSUMATUR RUBIGO EJUS. Hoc etiam loco Hebræi *spumam* interpretantur, ut supra, versu 6, quod mihi non videtur loco convenire. Jam enim non solum spuma, sed etiam carnes et ossa consumpta fuerant, sed reliqua erat rubigo, que olla tenaciter hæreret solet; eam ergo dicit fuso aere abstergendam esse.

VERS. 12. — MULTO LABORE SEDATAM EST. Hebr., *mendacis laboravit*, ad verbum. Quod Hebræi sic exponunt, quia mendacis alios fatigavit et oppressit, nec exivit ex eâ spuma ejus: quod mihi non videtur ad rem esse. Melius ergo noster interpretatus sensum expressit: *Multo labore sudatam est*, ut carnis, frustra laboratum est; hoc enim est, in mendacis laboravit, aut fatigavit (me olla ista) id est, fecit me sæpè in eâ puniendâ inanem laborem sumere; nondum enim à suâ rubigine purgata est, ut Jerem. 51, 9: *Curavimus Babylonem, et non est sanata*. Similis sententia est Jerem. capite 6, versu 29: *Defecit sutfiatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra constavit constator, malitia enim eorum non sunt consumptæ. Neque per ignem*. In igne rubigo ejus. Quod sic possumus exponere, per ignem ergo rubigo ejus perpurgetur, quando omnia alia remedia frustra tentata sunt.

VERS. 13. — IMMUNDITIA TUA EXECRABILIS. In immunditiâ tuâ, scelere, id est, adhuc hæret in te macula sceleris tui: putat enim R. David appositionem esse. In immunditiâ tuâ (adhuc hæres) que sceleris est. DONEC QUESCERE FACIAM, id est, donec exhaurero omnem iram meam, donec omnia suppliciorum genera in te puniendâ expertus fuero, donec exaltatio iram meam, ut cap. 16, 42: *Et requiescat indignatio mea in te, et auferetur zelus meus à te, et quiescam, ne irascar amplius*.

VERS. 14. — VENI. Adesdum, et perficiam in te que locutus sum. Hebr., *venit*, ut Septuag. et Chaldeus transtulerunt: ponitur autem præteritum pro futuro, quasi dicat: Sicut locutus sum, ita eveniet, ut Isai. 46, 11: *Locutus sum et adducam illud; creavi, et faciam illud*. NON TRANSEAM. Non præteribo, non

dissimulabo, non desistam, aut, ut R. David interpretatur, non retrocedam, id est, non discedam à sententiâ meâ. JUDICABO TE. Eodem quoque modo Septentid meâ. *Judicabunt te* (hostes), ut cap. 25, 54. Juxta vias tuas. id est, judicio adulterarum et homicidarum, ut cap. 16, 58.

VERS. 16. — ECCE EGO. Proponit aliam parabolam, quæ significet tantam omnium perturbationem, consternationemque futuram esse, ut nec urbis excidium, nec suæ quisquam uxoris, aut suorum liberorum interitum legeat. DESIDERABILE Oculorum, id est, quod tibi visu jucundissimum est, sic vocat uxorem, ut explicat versu 18. IN PLAGA, subito interitu, non precedente morbo; majorem enim dolorem mors improvisa, quam quo longo morbo precedente animo concepta fuerat, affert solet. ET NON FLANGES. futura Hebræorum more pro imperativis, ne plangas, nec plores, nec fluat lacrymæ ab oculis tuis.

VERS. 17. — INGENUIS TACENS, apud te, ita ut nemo te audiat. Eodem modo Septuag. verterunt, quasi dom pro adverbio sumpserint. Hebræi verò et Chaldeus aliter interpretantur: *à gemitu tace*, id est, continue te, non solum à luctu, sed etiam à minimo gemitu. Cave ne ullam gementis aut dolentis designationem. Magis mihi Hieron. et Sept. interpretatio præfatur, quia vers. 25, explicans hanc parabolam, ait: *Unusquisque gemet fratrem suum*, id est, tacitus. MORTUORUM LECTUM. Qui aliis mortuis pro septem, aut per triginta, aut per septuaginta dies fieri solet. Gen. 50, 5, et Num. 20, 50. CORONA TUA, Hebr. *gloria tua*, id est, ornamentum capitis tui, cesaries tua, ut Hieron.; tiara tua, ut R. David interpretatur, que ideò gloria dicitur, quia magnum homini decorem affert; sensus ergo est: Ne aperto capite et nudis pedibus incedas more eorum qui in luctu versantur, nec os veste teges, sicut pulati homines faciunt. Nec CIROS LEGENTHUM. Non celebrabis convivium, quod ad consolandos lugentes in funere celebrari solet, ut constat ex Jerem. cap. 16, 5, 8: *Ne ingrediaris domum convivii, neque vadis ad plangendum, neque consolaberis eos*. Hebr., *et cibum hominum ne comedas*. Quod Hebræi interpretantur, ne comedas cibum aliorum hominum lugentium: quod mihi durius videtur; non enim dixisset cibum hominum, si lugentes tantum intellexisset: quare melius credo nostrum interpretem veritisse. Nam *anachim* et homines, et lugentes aut dolentes significat. Dicitur enim homo *enoch*, quasi dolens et infirmus. Atque ita etiam veritè Chald. Paraphr., quanquam etiam Sept. *aperit domum convivii*.

VERS. 18. — LOCUTUS SUM. Hæc, que mihi Deus dixerat, et ut eventus vera esse confirmaret, eodem die MORTUA EST UXOR MEA VESPERE, sicut Deus prædixerat vers. 16: *Ecce ego tollò te à desiderabile oculorum tuorum*. FREGITQUE MANE, sicut præceperat mihi, id est, habui coronam meam capiti circumligatam, et calcamenta mea in pedibus, nullumque doloris signum ostendi.

VERS. 21. — ECCE EGO PULLAM. Per Chaldeorum

ingressum, per incendium, per vastationem, ut Psalm. 78, 1: *Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, noluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem in pomarum custodiam*. Incipit parabolam explicare. Nam per uxorem Ezechielis templum significavit, quod Judæi clarissimum habebant. SUPERBIAM IMPERI VESTRI. Hebr.: *Superbiam fortitudinis vestre*, id est, in quo omne robur vestrum ponentes gloriosi fueratis. DESIDERABILE Oculorum. Cujus aspectu maxime delectamini, ut vers. 16: *SEPER QUO PAVET ANIMA VESTRA*. Quod vos maxime timetis amittere. Est enim causa timoris amor. Hebr., *indulgentiam anime vestre*, id est, quod maxime diligitis, quodque charissimum habetis. Solumus enim quos charissimos habemus, iis maxime indulgere, ut Jonathas et Rabbi David interpretantur. Alii nimis proprie, misericordiam animæ vestre, id est, cuius miseremini. Melius fortasse intelligimus liberos, quos, ut illis indulgerent, Jerosolymis reliquerant, ut statim declarat. Atque hoc sensu videtur Sept. veritisse, *quibus parcunt anime vestre*. QVAS RELIQUISTIS, in Jerusalem, ut salvi essent, gladio peribunt: loquebatur enim iis qui Babiloni erant.

VERS. 22. — FACIETIS; præ turbatione et terrore, et quia in captivitate estis, ubi ritus vestros servare non potestis, ac ne lugere quidem commode.

VERS. 23. — CORONAS HABEBITIS. Pilcos aut cesariem, vide vers. 17. UNUSQUISQUE GEMET AD FRATREM SUUM, id est, tacitus apud se alii alios aspicientes iugementis taciti, dolorem enim miserabilis aliorum aspectus augebit.

VERS. 24. — CUM VENERIT ISTUD, quod Ezechiel vobis portendit, facietis que ipse in funere uxoris suæ fecit, hoc est, nullum doloris signum ostendetis.

VERS. 25. — FORTITUDINEM EORUM. Templum in quo omne robur suum positum habent, quod vers. 21, vocavit superbiam fortitudinis eorum. ET CALIDUM DIGESTIATIS. Hebr., *gaudent glorie eorum*, id est, templum quo maxime maxime delectantur, ut vers. 16 et 21. SUPER quo REQUIESCUNT. Templum, in quo magnopere confidunt, et de quo dicere solent: *Templum Domini, templum Domini, templum Domini est*, Jerem. 7, 4. Hebr. elationem, aut levationem animæ ipsorum, id est, templum, quo sese maxime effertunt, et jactant; aut, ad quod levabant animas suas, id est, quo erigebantur in spem, aut, quod desiderabant, ut Hieron. interpretatur. Hoc enim proprie Hebraica plura significat, ut apud Jerem., cap. 22, vers. 27: *In terram ad quam ipsi levant animam suam, ut revertantur illic, non revertentur*. Alii vertunt, *onus anima ipsorum*, id est, sollicitudinem, quasi dicat, de quo solliciti sunt; sed phrasin non est usitata. R. David hoc refert ad filios et filias. Hieron. melius, ad templum, ad quod animam desiderio ac fiducia levabant.

VERS. 26. — CUM VENERIT FUGIENS. Hebr., *venit*

qui euserit, ex urbis expugnatione. Ut ANNUNTIET. Hebr. ad auditum aurium, id est, ut tibi in aurem dicat; ut te audiente dicat. Putat etiam R. David sensum esse posse, veniet in auditu auris, id est, ut narret, non quæ vidit, sed quæ audivit. quod non mihi videtur bene convenire, quia sententia vim et energiam extenuat. Potius enim indicat venturum certum et oculatum notitium, qui narret exitium, quod oculis suis vidit.

VERS. 27. — APERIETUR OS TUUM. Non quod ante clausum habuerit; nam paulo ante cum populo loquebatur, sed quod timide prius et minus liberè de rebus futuris loqueretur: non enim illi credebant, sicut

CAPIT. XXV.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
2. Fili hominis, pone faciem tuam contra filios Ammon, et prophetabis de eis:

5. Et dices filiis Ammon: Audite verbum Domini Dei. Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod dixisti: Euge, euge, super sanctuarium meum, quia pollutum est: et super terram Israel, quoniam desolata est: et super domum Juda, quoniam ducti sunt in captivitatem:

4. Idcirco ego tradam te filiis orientalibus in hereditatem, et collocabunt caulas suas in te, et ponent in te tentoria sua: ipsi comedent fruges tuas, et ipsi bibent lac tuum.

3. Daboque Rabbath in habitaculum camelorum, et filios Ammon in cubile pecorum: et scietis quia ego Dominus.

6. Quia hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod plausisti manu, et percussisti pede, et gavisa es ex toto affectu super terram Israel:

7. Idcirco ecce ego extendam manum meam super te, et tradam te et in direptionem gentium, et interficiam te de populis, et perdam de terris, et conteram: et scies quia ego Dominus.

8. Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod dixerunt Moab et Seir: Ecce sicut omnes gentes, domus Juda.

9. Idcirco ecce ego aperiam humerum Moab de civitatibus, de civitatibus, inquam, ejus, et de finibus ejus, inelytas terræ Bethiesimoth, et Beelmeon et Cariathaim.

10. Filiis Orientis cum filiis Ammon, et dabo eam in hereditatem, ut non sit ultra memoria filiorum Ammon in gentibus.

11. Et in Moab faciam judicia, et scient quia ego Dominus.

12. Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod fecit Idumæa ultionem ut se vindicaret de filiis Juda, peccavique delinquens, et vindictam expetivit de eis:

15. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Extendam manum meam super Idumæam, et auferam de eâ hominem et jumentum, et faciam eam desertam ab austro: et qui sunt in Dedan, gladio cadent.

14. Et dabo ultionem meam super Idumæam per manum populi mei Israel: et facient in Edom juxta iram meam, et furorém meum: et scient vindictam meam, dicit Dominus Deus.

dixerat cap. 5, 26: Et linguam tuam adherere faciam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir obgrans; quia domus exasperans est. Postquam autem venit nuntius, qui narravit omnia sic evenisse, quemadmodum propheta prædixerat, apertum est illi os, ut non jam per enigmata, sed apertè, liberèque loqueretur. Ita R. David. Simile quiddam, inf. cap. 29, 21, et cap. 33, 22, et apud D. Paulum ad Ephes. cap. 6, vers. 29. ENISQUE EIS IN PORTENTUM, id est, intelligent te in portentum fuisse, aut, quidquid deinceps illis dixeris, portentum esse existimabunt, docti jam experientiâ et malo suo.

CHAPITRE XXV.

1. Le Seigneur me parla encore de cette sorte:
2. Fils de l'homme, tourne votre visage contre les enfants d'Ammon, et prophétisez contre eux.

5. Et vous direz aux enfants d'Ammon: Écoutez la parole du Seigneur Dieu: Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Parce que vous avez jeté des cris de joie contre mon sanctuaire, lorsqu'il a été profané; contre la terre d'Israël, lorsqu'elle a été désolée; et contre la maison de Juda, lorsqu'ils ont été emmenés captifs;

4. Je vous livrerai aux peuples de l'Orient, afin que vous deveniez leur héritage: et ils établiront sur votre terre les parcs de leurs troupeaux, et ils y dresseront leurs tentes: ce sont eux qui mangeront vos blés, et qui boiront votre lait.

3. J'abandonnerai Rabbath pour être la demeure des chameaux, et la terre des enfants d'Ammon pour être la retraite des bestiaux; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

6. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu: Parce que vous avez battu des mains, et frappé du pied, et que vous vous êtes réjouis de tout votre cœur, en voyant les maux de la terre d'Israël;

7. J'étendrai ma main sur vous, je vous livrerai en proie aux nations, je vous ferai passer au fil de l'épée; je vous effacerai du nombre des peuples, je vous exterminerai de dessus la terre, je vous réduirai en poudre; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

8. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Parce que Moab et Seir ont dit: Enfin la maison de Juda est devenue comme toutes les autres nations:

9. C'est pourquoi voilà que j'ouvrirai ce qu'il y a de plus fort dans Moab; que j'ouvrirai ses villes, les plus belles villes de ses provinces et de son pays, Bethjesimoth, et Beelmeon et Cariathaim;

10. Je les ouvrirai aux peuples de l'Orient; je leur livrerai Moab pour être leur héritage, ainsi que les enfants d'Ammon, afin qu'à l'avenir le nom des enfants d'Ammon soit effacé de la mémoire des peuples;

11. Et j'exercerai mes jugemens sur Moab; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

12. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Parce que l'Idumée s'est satisfaite, en se vengeant des enfants de Juda, et qu'elle est tombée dans le péché, en se flattant avec ardeur de se venger d'eux;

15. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: J'étendrai ma main sur l'Idumée, j'en exterminerai les hommes et les bêtes; je la réduirai en un désert du côté du midi; et ceux qui sont à Dedan tomberont par l'épée.

14. J'exercerai ma vengeance sur l'Idumée, par la main de mon peuple d'Israël, et ils traiteront Edom selon ma colère et ma fureur; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur Dieu.

15. Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod fecerunt Palestini vindictam, et ulti se sunt toto animo, interficientes, et implentes inimicitias veteres:

16. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego extendam manum meam super Palestinos, et interficiam interfectores, et perdam reliquias maritimæ regionis.

17. Faciamque in eis ultiones magnas, arguens in furore: et scient quia ego Dominus, cum dederò vindictam meam super eos.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — PONE FACIEM TUAM. Constantet et interrito vultu loquere; aut, converte te ad Ammonitas, ut supra, cap. 6, 2, et cap. 13, 17, et cap. 20, 46.

VERS. 3. — EUGE, EUGE. Quia templi eversione lætati estis. Hebraicis singularis numerus feminini generis est, quia omnem Ammonitarum congregatiōnem alloquitur, ut versu sequenti.

VERS. 4. — TRADAM TE FILIIS ORIENTALIBUS. Hieronymus filios orientales Chaldaeos vocari putat, quod idem existimant Hebraeorum interpretes. Constituerat enim rex Babilylonis et Rabbath Ammonitarum, et Jerusalem Judæorum metropolim expugnare; cumque jam egressus in bivio constitisset, ut fortibus decerneret, utram prius invasurus esset, occidit sors contra Jerusalem; quare elati Ammonitæ, ut Hebræi narrat, Judæorum calamitatem irriserunt. Scribit etiam Hieron. Hebræos fabulari, quod et R. Salomon hoc loco tradit, Ammonitas, Moabitas et Idumæos, post urbis eversionem, in templum ingressos, videntesque Cherubin dixisse Judæos idola coluisse, idcirco in captivitate traditos. Verosimile ergo esse putant Nabuchodonosorem post expugnatam Jerusalem bellum in Ammonitas paravisse. Theodoritus verò, et nonnulli alii filios orientales Arabes dici existimant, qui et Agareni dicuntur; quod mihi videtur esse probabilius; nam et situs magis convenit; magis enim orientalis Arabia quam Chaldaea Ammonitis erat; et verba ipsa hujus loci. Videtur enim de illis, tanquam de pastoribus loqui, quales Arabes erant. COLLOCABUNT, INQUIT, CAULAS SUAS IN TE; quanquam non ignoro Hebræos palatia interpretari; sed melius noster interpres, caulas et Septuag. tentoria dixerunt. Sequitur enim statim versus. 5: Daboque Rabbath in habitaculum camelorum, et filios Ammon in cubile pecorum. Illud etiam quod hoc ipso versu dicit, EBIBUNT LAC TUUM, Arabum est, qui camelorum lacte pro potu uti solent. Chaldaei autem non tanquam pastores, sed tanquam ferocissimos milites ubique describuntur, et apud Jer., c. 4, 45, et 21, 7; Thren. 4, 16, et 5, 12.

VERS. 6. — PLAUSISTI MANU, ET PERCUSSISTI PEDE; præ lætitiâ, ut cap. 21, 17, et Psal. 46, 2: Omnes gentes, plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis, et Psal. 97, 8: Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt. Contrario sensu dicitur attingendo glaudere manu, aut manum percutere, id est,

15. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Parce que les princes de la Palestine ont exécuté les desseins de leur vengeance, et qu'ils se sont vengés de tout leur cœur, en tuant les Israélites, pour satisfaire leur inimitié ancienne;

16. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: J'étendrai ma main sur les peuples de la Palestine, je ferai un carnage de ces meurtriers, et je perdrai les restes de la côte de la mer.

17. J'exercerai sur eux des jugemens rigoureux, en les reprenant dans ma fureur; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, lorsque je me serai vengé d'eux.

COMMENTARIUM.

doloris significationem dare, ut supra, cap. 21, 14, et cap. 6, 11. PERCUTE MANUM TEAM, ET ALLIDE PEDEM TUUM. Utrumque enim contrario modo affecti factus, et dùm vehementer læti, et dùm vehementer dolentes sumus. EX TOTO AFFECTU. Hebr. In omni contemptu ex animo, id est, animo apud te, aut, apud animum tuum (ut Latini dicunt) contemnens Israel.

VERS. 7. — IN DIREPTIONEM. Hebr., in cibum, id est, in prædam, in devorationem, ut te devorent. ET INTERFICIAM TE DE POPULIS. Et excidam te à populis, id est, tollam te de numero populorum, delebo te, ita ut non sis amplius populus, efficiam ut non existat ulla gens Ammonitarum memoria. Eodem modo intelligendum quod sequitur: ET PERDAM DE TERRIS, ut non sis amplius in terrâ. Terrâ autem vocat non elementum, sed regnum, gentem, nationem.

VERS. 8. — MOAB ET SEIR. Moabite et Idumæi. Nota est nominis origo. Seir, hirsutum significat; quo nomine Esau, qui pilosus erat, vocatus est. Deinde Idumæi, qui ab eo genus ducebant, Seir appellati sunt, 2 Par. 25, 11, 14. ECCE SICUT OMNES GENTES, à Deo derelictæ. Incipit contra Idumæos et Moabitas vaticinari, qui, cum utriusque Judæis non solum vicini, sed etiam cognati essent, eorum calamitate, quâ dolere debeuerunt, lætati sunt. Que causa fuit ut ipsi quoque à Deo punirentur, ut scribit Jerem. cap. 48 et 49, et Abd., vers. 10.

VERS. 9. — APERIAM HUMERUM MOAB, id est: Tollam omne robur et fortitudinem ejus; ut Chaldaeos parapræstet, et R. Salomon interpretantur. Humerum vocat per metaphoram munitionissimas urbes: quia sicut in humeris robur hominis, ita in illis robur regni consistit. Alii: Viam aperiam per civitates ejus, ferro viam faciam; quo sensu videtur exponere R. David. DE FINIBUS EJUS. De civitatibus, inquam, quæ in finibus ejus sunt: hæ enim munitionissimæ esse solent. INCLYTAS TERRÆ. Hebr., gloria terræ; que totius regionis Moabitarum nobilissimas sunt, scilicet Bethiesimoth, Beelmeon, et Cariathaim.

VERS. 10. — FILIIS ORIENTIS, Arabibus, aperiam viam, ut repetatur verbum ex superiore versu. Alii novum verbum adsciscunt, filii Orientis vocabulo; qui dicuntur filii Orientis, docuimus v. 4. CUM FILIIS AMMON, contra filios Ammon, ut Septuaginta translulerunt, et ex superiori versu colligitur. Hieronymus ipsam suam nostramque versionem sic interpretatur: Cum filii Ammon, id est, sicut addidit Orientales

contra Ammonitas, ita adducam contra Moabitas. Cui interpretationi illud videtur repugnare, quod statim sequitur. *Ut non sit ultra memoria filiorum Ammon in gentibus*; ex quo colligitur hoc versu non contra Moabitas, sed contra Ammonitas prophetam loqui; quamvis statim versu sequenti ad Moabitas redeat.

VERS. 12. — PRO EO QUOD FECIT IUDAEA ET TYONER. Idumæi, cum Judæa à Chaldeis vastaretur, fugientes Judæos occidebant, ut scribit Abdias, vers. 14.

VERS. 13. — AB AUSTR0. Hebr., à Theban, que urbs principum Idumæorum erat ex Theban filio Eliphaz filii Esau, ita nominata, Gen. 36, 15, et Jerem. 49, 20. Atque hoc sensu Septuag. reddiderunt, *et Theban*; quasi nomen proprium urbis esse existimaverunt. Sed quia idem nomen Hebraice austrum significat, noster interpretis verbi, *ab austro*. Indicat propheta Theban fuisse in uno Idumæorum sine, Dedan autem in alio. Sensus enim est fore, ut omnes Idumæi ab uno sine usque ad alium gladio cadant.

VERS. 14. — PER MANUM POPULI MEI ISRAEL. Idumæi et Ammonitei, cum Judæi in captivitate abducti essent, in terram eorum irruerunt, ut ex Abdia et Jeremia, cap. 49, discimus: Quamobrem per eosdem Judæos post reditum à captivitate Ammonitas et Idumæos expugnari voluit, quemadmodum vaticinatus est

CAPITULUM XXVI.

1. Et factum est in undecimo anno, prima mensis, factus est sermo Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis, pro eo quod dixit Tyrus de Jerusalem: *Euge, contracta sunt porte popolorum, conversa est ad me: implebor, deserta est.*

3. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego super te, Tyre, et ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare fluctuans.

4. Et dissipabunt muros Tyri, et destruent turres ejus; et radam pulverem ejus de eâ, et dabo eam in limpidissimam petram.

5. Siccatio sagerarum erit in medio maris, quia ego locutus sum, ait Dominus Deus: et erit in directionem gentibus.

6. Filia quoque ejus, quæ sunt in agro, gladio interficietur; et scient quia ego Dominus.

7. Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis ab aquilone, regem regum, cum equis, et curribus, et equitibus, et cætu, populoque magno.

8. Filias tuas quæ sunt in agro, gladio interficiet; et circumdabit te munitionibus, et comportabit aggerem in gyro; et elevabit contra te clypeum.

9. Et vineas, et arietes temperabit in muros tuos, et turres tuas destruet in armatura sua.

10. Inundatione equorum ejus operiet te pulvis eorum: à sonitu equitum, et rotarum, et currum, movebuntur muri tui, cum ingressus fuerit portas tuas quasi per introitum urbis dissipate.

11. Ungulis equorum suorum concutiet omnes plateas tuas: populum tuum gladio cædet, et statuas tuas nobiles in terram corruent.

12. Vastabunt opes tuas, diripiunt negotiationes

Jerem. c. 49, v. 2: *Possidebit Israel possessores tuos, ait Dominus; et Abdias, v. 17 et 18: Et possidebit domus Jacob eos qui se possederant. Et erit domus Jacob ignis, et domus Joseph flamma, et domus Eamâ stipula, et succidentur in eis, et decorabunt eos; et non erunt reliquæ domus Eamâ. Et scient, experientur Idumæi vindictam meam, quemadmodum Judæi prius illi identibus experti sunt.*

VERS. 15. — PRO EO QUOD Fecerunt PALÆSTINÆ. Incipit contra Philistæos vaticinari, qui veteri odio afflictos Judæos magis affligebant. TOTO ANIMO. Hebr., in contemptu in animo, id est, contentemnes eos apud animum suum, ut supra, v. 6.

VERS. 16. — INTERFICIAM INTERFECTORES. Philistæos, qui antea Judæos interficere solebant. Sic Hieronymus, et, ut ipse refert, etiam Aquila et Symmachus, et Theodotus, idque Hebræum nomen significat. Eodem ferè sensu Chald. verit, *qui morte digni sunt*; Hebræorum vero interpretis, *Cerathim*. Cerethæos nomen proprium gentis Palesinæ esse dicunt, quæ versibus mare habitabat, et re militari nobilissima erat; Septuag. etiam viri nomen proprium gentis esse putaverunt; sed Cretenses interpretati sunt, quod Hieronymus jure miratur. Nec enim hic de Cretensibus sermo erat.

CAPITULUM XXVII.

1. Le premier jour du mois de la onzième année, le Seigneur me dit ces paroles:

2. Fils de l'homme, parce que Tyr a dit de Jérusalem avec des cris de joie: *Les portes de cette ville, si pleines de peuple, sont brisées; ses peuples viendront à moi, je m'agrandirai de ses ruines, maintenant qu'elle est déserte.*

3. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je viens contre vous, ô Tyr; et je ferai monter contre vous plusieurs peuples, comme la mer fait monter ses flots.

4. Ils détruiront les murs de Tyr, et ils abattront ses tours; j'en râclerai jusqu'à la poussière; et je la rendrai comme une pierre luisante.

5. Elle deviendra au milieu de la mer un lieu pour servir à sécher les rets, parce que c'est moi qui ai parlé, dit le Seigneur Dieu; et elle sera livrée en proie aux nations.

6. Ses filles qui sont dans les champs seront aussi passées au fil de l'épée, et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

7. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je vais faire venir des pays du septentrion, Tyr Nabuchodonosor, roi de Babylone, ce roi des rois, avec des chevaux, des chariots de guerre, de la cavalerie, et de grandes troupes composées de divers peuples.

8. Il fera tomber par le fer vos filles qui sont dans les champs; il vous environnera de forts et de terrasses; et il lèvera le bouclier contre vous.

9. Il dressera contre vos murs ses mantelets, et ses béliers; et il détruira vos tours par ses armes.

10. La multitude de ses chevaux vous couvrira d'un nuage de poussière; et le bruit de sa cavalerie, des roues et des chariots, fera trembler vos murailles, lorsqu'il entrera dans vos portes, comme par la brèche d'une ville emportée d'assaut.

11. Le pavé de toutes vos rues sera foulé par les pieds de ses chevaux; il fera passer votre peuple par le trauement de l'épée; et il renversera par terre vos belles statues.

12. Ils feront leur butin de vos richesses, pilleront vos marchandises, renverseront vos murailles, ruine-

tuas; et destruent muros tuos, et domos tuas præclaras subvertent; et lapides tuos, et ligna tua, et pulverem tuum in medio aquarum ponent.

13. Et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum: et sonitus cithararum tuarum non audietur amplius.

14. Et dabo te in limpidissimam petram, siccatio sagerarum eris, nec edificaberis ultra: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.

15. Hæc dicit Dominus Deus Tyro: Numquid non à sonitu ruine tuæ, et genuitu interfectorum tuorum, cum occisi fuerint in medio tui, commovebuntur insula?

16. Et descendet de sedibus suis omnes principes maris: et auferent exuvias suas, et vestimenta sua varia abijciet, et induentur stupore: in terrâ sedebunt; et attontii super repentino casu tuo admirabuntur:

17. Et assumentes super te lamentum, dicent tibi: Quomodo peristi, quæ habitas in mari, urbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos formidabam universi?

18. Nunc stupescunt naves in die pavoris tui, et turbatorum insule in mari, eò quòd nullus egrediatur ex te.

19. Quia hæc dicit Dominus Deus: Cùm dederò te urbem desolatam, sicut civitates quæ non habitantur; et adduxero super te abyssum, et operuerint te aque multæ:

20. Et detrahero te cum his qui descendunt in lacum ad populum sempiternum; et collocavero te in terrâ novissima sicut solitudines veteres cum his qui deducuntur in lacum, ut non habitent: porrò cùm dederò gloriam in terrâ viventium,

21. In nihilum religam te, et non eris: et requisita non invenieris ultra in sempiternum, dicit Dominus Deus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — USQUE ANNO. Hebræi undecimum annum Sedecie interpretantur, ut annum novum, sup. cap. 24, 1. Anno enim undecimo regni Sedecie Jerusalem à Chaldeis capta fuit, 4 Reg. 25, 2, et Jerem. 39, 2, et 52, 5. Quo auditio nuntio, ut ait versu sequenti, Tyrii etiam dixerunt: *Euge, euge, quemadmodum Ammonite cap. præcedenti vers. 5. Ego undecimum captivitatis Jechonie annum interpretari malo, quia sic solet propheta annos numerare, ut cap. 1, vers. 1 et 2, et cap. 8, vers. 1, et cap. 20, vers. 1, et c. 24, v. 1. Quod autem attinet ad tempus, in idem redit. Nam undecimum captivitatis annus, idem quoque undecimus fuit regni Sedecie, cum primo anno captivitatis Sedecias regnare cepisset, 4 Reg. 24, 15, 17.*

VERS. 2. — CONTRACTA SUNT PORTE POPULORUM, porta Jerusalem, per quas omnes undique populi in urbem induebant: aut, populos vocat ipsos cives Jerusolymitanos, propter innumerabilem eorum multitudinem. Hebr., *contracta est porta, ad verbum;*

ront vos maisons magnifiques, et ils jetteront au milieu des eaux les pierres, le bois et la poussière même de vos bâtimens.

13. Je ferai cesser la multitude de vos concerts de musique; et on n'entendra plus le son de vos harpes.

14. Je vous rendrai comme une pierre lissée; vous deviendrez un lieu à sécher les rets; et vous ne serez plus rebâtie; parce que c'est moi qui ai parlé, dit le Seigneur Dieu.

15. Voici ce que le Seigneur Dieu dit à Tyr: Les flots ne tremblent-elles pas au bruit de votre chute, et aux cris lugubres de ceux qui seront tués dans le carnage qui se fera au milieu de vous?

16. Tous les princes de la mer descendront de leurs trônes; ils quitteront les marques de leur grandeur; ils rejetteront leurs habits éclatants par la variété de leurs couleurs; ils seront vêtus d'épouvante; ils s'assieront sur la terre; et frappés d'un profond étonnement de votre chute soudaine.

17. Ils seront sur vous des plaintes mêlées de pleurs, et vous dirent: Comment êtes-vous tombée si malheureusement, vous qui habitiez dans la mer, ô ville superbe, vous qui étiez si forte sur la mer, avec vos habitans qui s'étaient rendus redoutables à tout le monde?

18. Les vaisseaux maintenant tremblent, en vous voyant vous-même saisie de frayeur; et les flots au milieu de la mer seront épouvantés, en voyant que personne ne sort de vos portes.

19. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu: Lorsque je vous aurai rendue déserte, comme les Villes qui ne sont plus habitées, que j'aurai fait fondre en tempête sur vous, et que je vous aurai couverte d'un déluge d'eaux;

20. Lorsque je vous aurai précipitée avec ceux qui descendent dans la fosse profonde, pour vous joindre à la multitude des morts éternels; lorsque je vous aurai placée au fond de la terre avec ceux qui sont descendus dans le tombeau, pour être toujours inhabitées comme les solitudes de plusieurs siècles; et qu'en même temps j'aurai rétabli ma gloire dans la terre des vivans,

21. Je vous réduirai à rien; vous ne serez plus; on vous cherchera, on ne vous trouvera plus jamais, dit le Seigneur Dieu.

quod Hebræi sic exponunt: *contracta est urbs portarum omnium populorum, id est, ad quam omnes populi negotiandi causâ confluebant. Potest etiam sensus esse, urbs ex quâ omnes populi portam aliquam suam denominant. Solent enim minoribus urbibus ex majoribus portas, quibus ad eas itur, appellare, ut in multis Calliæ urbibus aliqua porta Parisiensis vocatur. CONVERSA EST AD ME. Negociatio illius, aut ipsa urbs, quasi dicat: Ego deinceps ero Jerusalem, id est, omnium civitatum frequentissima, atque locupletissima. IMPLEBOR. Ejus opibus ac mercibus, quæ ad me deinceps apportabuntur, illa deserta. Sept. alio prorsus sensu vertentur.*

VERS. 3. — GENTES MULTAS. Chaldeos, ut explicatur vers. 7. *Sicut ascendit mare, Hebr., sicut ascendere facit mare fluctus suos, militares copias fluctibus comparat, propter multitudinem et ferocitatem, ut apud Jerem. cap. 46, 8: *Ægyptus fluminis instar ascendet, et velut flumina movebuntur fluctus ejus, et dicit: Ascendens operiam terram: perdam civitatem, et habita-**